¶ Etymon elegantissimū satisq̧ perutile:

in septem psalmos penitentiales: cum expositione titulorum eorūdem psalmoꝝ ⁊ adijtione orationis dicende in fine ad singulos psalmos: Nuper compilatum per reuerendum patrem fratrem Dominicum buchium catharensem: sacre theologie professorem: ordinis predicatorum.



¶ Francisci Martiniaci ad reuerẽdũ in Christo patrẽ: fratrẽ Dñicũ buchiũ catharensẽ ordinis predicatorũ: sacre theologie professorẽ integerrimũ: dũ in ciuitate spalatensi contionando, penitentiales psalmos exponeret. carmen.

Quicquid Mosayce perplexa enigmata legis
Sacra prophetarum pagina quicquid habet
Quicquid dauidis psalmorum continet ordo
Cum melior dignas: funderet ore preces
Cunctaq̃ apostolici recitans preconia cetus
Tu solus nobis: dominice clara facis
Tantus es elloquio: tam mentis acumine clarus
Quam nec xenophanes: cum cicerone fuit
Nunc vbi te noui felicia dicere cogor
Secula: que talem progenuere virum
Viue igitur: nomẽq̃ tuum: nomẽq̃ tuorum
Sydereos tecum transfer ad vsq̃ polos

¶ Ode dicolos tetrastrophos in expositionem septem psalmorũ penitẽtialium editam a Reuerendo patre fratre Dominico buchia ordi. predica. ac Sacri dogmatis enucleatore rarissimo.

Simon Arctophylus tragurinus.

Quisquis optandi cupiens amoris
Queris horrendos animi fugare
Impetus, vitas Acherontis atq̃
Monstra prophana.
Accipe hoc tersum, varium volumen
Dogmatis plenum pietatis idem
Nobile, argutũ, superansq̃ cuncta
Dogmata prisca.
Syderum septem, neq̃ tu Trionum
Cursus optato aut numerũ q̃ternũ
Tertio adiunctũ, mõ quẽ Platonis
Mens reserauit.
Hic enim hymnos dubij tenaces
Dauidis septem, luce clariores
Efficit menti reserando nostre
Buchia doctor.
Hoc opus pandit penitus recludens
Mysticum Mosis numerũ dierũ
Septimo dono potiamur vt nos
Spiritus almi.
Ergo nunc cuncti venerem fugando
Currite ad fontes, capite et hoc omne
Ingenij bonum, quibus est futura
Vita beata.
Phebus hinc semper tua perfouebit
Queq̃ permulcens, animũ ac nitentes
Spiritus sanctus penetrabit intus
Flamine sacro.

τέλος.

¶ Elogium reuerendissimi in Christo patris ⁊ dñi:dñi Simonis begnij Dei ⁊ apostolice sedis gratia epi modrusiensis in etymon reuerendi patris magistri Dominici buchie ordinis predicatorum.

SImon begnius Dei ⁊ apostolice sedis gratia eps modrusiensis vniuersis presentes nostras litteras inspecturis salutē. Quoniam laus virtutis est premium. Illa vera laus est:que dñi:⁊ seruatoris nostri voce cōmendat. Is aūt minimū in celorū regno eum vocandum dixit:qui minimū vnū de mandatis eius soluerit:⁊ docuerit sic hoies. Cuius rei gr̃a venerandus pr̄ frater Dñicus buchia catharensis ordi. ꝑdicatoꝝ sacre theologie magister. Sciēsqꝫ se ad reddendā rōnē de credito sibi talēto teneri:ne tanqꝫ malus seruus defodisse illud a suo dño coarguat:vigiliarū ⁊ studioꝝ suoꝝ participes eos eē oēs voluit:q libēter que vera sunt audiūt: ideoqꝫ etymon scripsit in septē psalmos qui penitētiales appellant:opus eruditū sane:⁊ christianis auribus dignū. Qd̄ si quis iniustior fortassis arbiter illud obijciat. In syluā ne ligna ferat:⁊ bone mētis hominē calūniet ꝙ tot ⁊ sanctissimis ⁊ doctissimis viris:q psalmos sunt iterpretati:inserere se se nō dubitauerit: sciat illud opusculū:hoc ideo cōposuisse vt animi sui testimoniū exhiberet:ne vacuus scilicet ad areā redeat:memineritqꝫ ⁊ paupercula illā a seruatore nostro cōmendatā:que duo era minuta misit in gazophilaciū. Nobis ꝙ talē virū habeamus letandū est:nō imerito qñ quidē futurū speramus. vt simpliciores qqꝫ ⁊ doctiores ēt nō modicā ex hac lectione cōmoditatē assequant si mō opus ipsum in lucez ꝓdeat. Qd̄ vt fieri debeat:⁊ magr̃m Dominicū ⁊ reuerēdū patrē priorem prouincialem prouincie nostre Dalmatie hortamur ⁊ rogamus. Erit.n.ꝓculdubio vt multis ⁊ prosit ⁊ placeat. In quoꝝ fidem presentibus manu nostra exaratis sigillū nostrū pai uuz apponi iussimus. Jadere in edibus nostris. Die.xxvij. Februarij. Anno a Christo nato.M.D.xxviij.

¶ Elogium reuerendissimi in Christo patris ⁊ dñi:dñi Augustini natalis Dei ⁊ apostolice sedis gratia epi tribunēsis ⁊ marchan sis in etymon reuerendi patris magistri Dñici buchie ordinis predicatorum.

NOs Augustinus natalis Dei ⁊ apostolice sedis gratia eps tribunensis:⁊ marchanēsis oībus christi fidelibus presentes nostras lecturis aut etiā audituris salutē in dño sempiternā. Et si oē bonum rōnē appetibilis hēat:illud tñ qd̄ cōmunius est:⁊ pluriū spirituali ꝓfectui ac saluti cōmodius maiori laude extollere:⁊ lucernā diuino lumine accensam nō sub modio:sed sup cādelabrū ponere debemus vt luceat oibus in domo dñi. Cū itaqꝫ nuper oblatū esset mihi opus insigne reuerēdi pr̃is fratris Dñici buchie sacre theologie professoris in septē psalmos penitētiales: idqꝫ ego diligenter examinassem:inueni rē catholica veritate vndiqꝫ suffultā:⁊ theologoꝝ sententijs auctoritatibusqꝫ refertissimā. Judicaui etiā illud nequaqꝫ silentij inuoluendū caligine:nec cecis tenebris occultandū. Laudauiqꝫ deū: qui sua affluentissima gr̃a talē arborē in agro ꝓuincie nr̃e Dalmatie protulit ex qua penitentes spiritualē medicinam:⁊ in via qua peregrinamur a dño dulcissimos animarum cibos capere possunt ⁊ debēt:dūmodo absit inuidia lectoriqꝫ habeat

claros oculosmee prius iudicet q̄ bene pspexerit. Demū vt rem concludamus. Et authorē ⁊ multo magis reuerendū p̄rem priorē prouincialē puīcie dalmatie rogo vt dei amore opus tā egregiū oīno faciat pdire i lucē. Jn cuius rei fidē ac testimoniū sigillū nr̄m duxi p̄ntibus apponendū. Datū Ragusij in nr̄e habitationis domo. M.D.xxvj. die octauo Nouembris.

¶ Epistola Reuerendi in Christo patris fratris Uincentij buchie catharensis ordi. predi. sacre theologie professoris: ad Reuerendissimū dn̄m ep̄m marchanēsem: in laudem ⁊ cōmendationē huius operis.

Reuerendissimo ac in xp̄o p̄ri dn̄o Augustino dei gr̄a marchanēsi ep̄o frater vincētius buchia sacre theologie humilis pfessor ordi. predi. cōmendationē. Diuina opitulante gratia sole clarius cōstare dignoscit. oēm veritatē: bonitatēq̄ atq̄ honestatē (qbus oīum rer̄ moderator humanū genus decorare statuit) apud rēpublicā xp̄ianā residere. Cuius saluberrimus mos est p suis queq̄ delictis pn̄iales psalmos psalendo suo creatori satisfacere. Nec cuiq̄ in dubium verti pōt vt is: qui eorūdē psalmor̄ congestū ac copulatū hēret intellectū qu sanctius suā exsolueret deuotionē: quo munere reuerendū p̄rem frēm Dn̄icum catharensem nr̄e familie pfessorē cognouimus hac tēpestate ex alto esse ditatū: qui quidē ex prisca sanctor̄ patrū auctoritate psalmor̄ pn̄ialiū expositionē litteralē atq̄ mysticā ita ingeniose in vnū congesserit vt nō nisi doctissimus aīaduerteret q pluriū esset: sed quispiā facile sibi psuaderet q ex vno eodēq̄ ore atq̄ sensu pcesserit. Et ego qui illā plegi affirmare haud vereor dictā cōpilationē (quā etymō placuit appellari) quouis carere errore: qnimo talē secū honestatē deferre qua spūs sanctus multor̄ corda penitentiū fit illustraturus: atq̄ vt eiusdē paracliti moris est in terna cōsolaturus letitia quia aūt ad tuā sanctitatē opusculū examinandū delatum fuit: quarto ṗo idus nouēbris venit ad manus nr̄as tue sanctitatis sub publica attestatione fides ac condignū testimoniū huic opusculo ⁊ tunc gratias altissimo egi: quatenus veritatē qua prememoratū religiosū in iam dicta expositione edocuerit. suorum ministror̄ officio quo ad ecclesiam approbari placuit vale ⁊ nos obseruatores in domino ama cathari idibus nouembris.

¶ Epistola compilatoris ad reuerendū patrem: fratrem Lucā spalatinum ordi. predi. priorem prouincialem prouincie Dalmatie.

¶ Reuerendo patri in christo: fratri Luce vmaneo spalatino ordi. predi. priori prouinciali puīcie Dalmatie: frater Dn̄icus buchius eiusdē ordi. sacre theologie pfessor minimus cōmēdationē ⁊ obedientiā.

Cum plurimis in ciuitatibus huius nr̄e prouincie: christi fidelibus verbū dei seminando dauiticos exponerem psalmos: q̄ plures ex nr̄is fratribus nōnulli etiā clerici seculares me rogarūt: vt septem psalmos pn̄iales: quos ore predicabā (ob eorūdē spūalem cōsolationē) scriptis demandārē. Rem qppe dignā petebāt: sed tenuitas ingenij: ac imensitas laboris deterebat. Desideriū hortabat pficiendi: at infirmitas deficiendi dehortabat quā vicit vtiq̄ zelus domus dei. Conuictus ergo fraterna charitate. ipsos septē psalmos pn̄iales exponere decreui. Non de viribus ppriis p̄sumens cū quasi nulle sint. Sed p̄sumationis fiduciā. Laborisq̄ mercedē

totaliter

totaliter in samaritano (pulso timore) figens: q̄ ꝓlatis in ꝓcuratione semiuiui
duobus denarijs superogāti cūcta se redditurū reddere est ꝓfessus. Expositionē
aūt hāc ad dei honorē: ⁊ gloriose v̄ginis marie: ac beati Dn̄ici p̄ris nr̄i nec nō in
remissionē pctōꝝ meoꝝ: ⁊ ꝓ desiderio multoꝝ: multo labore: ⁊ diligenti studio
cōpilaui. Operis qdē ac studij mei fuit multos legere libros vt ex plurimis di/
uersos carperē flores: ⁊ q̄ meliora: ac vtiliora viderent̄ eligerem. Et velut altere
ruth spicas q̄ metentiū manus subterfugerāt collegi. In hac tn̄ cōpilatione nr̄a
quā etymō appellaui nō solū piuz lectorē: sed ⁊ liberū correctorē desidero dūmō
eius sit ꝯscia absq̄ inuidie veneno. Tibi aūt p̄r reuerēde hoc meū etymō breueq̄
opusculū dedico: vt si qd in illo sit corrigēdū corrigas: ⁊ si qd dignū cōmēdatio/
ne approbes. vale religionis norma: ⁊ obseruator bonorum morum.

¶ Eiusdez reuerendi p̄ris prologus in psalmos penitētiales: ⁊ cōmendatio psal
morum in cōmuni: cum quodam notabili valde necessario.

MAnna celeste quo dn̄s per multa curicula tēpoꝝ ppl̄m israel pasce
re dignatus est: oē delectamētū ⁊ oēz suauitatis saporē hēbat. Nō
minus sacra scriptura oēm dulcedinē ⁊ cibi ꝑfectionē in se cōtinet.
Nā in scriptura sacra incipiētes pascunt̄ pane ordeaceo: ꝓficiētes
nutriunt̄ pane triticeo: ꝑfecti v̄o vtunt̄ pane similagineo. Hos tres
panes (ꝯsilio saluatoris) petere deberemus dicētis. Lu. xj. Amice cōmoda mihi
tres panes: qa amicus meus venit de via ⁊ nō hēo qd ponā ante ip̄m certe ille/
met: q̄ qnq̄ millia hoīuz de qnq̄ panibus ⁊ duobus piscibus saciauit vt habet̄
Joā. sexto. icesanter ī lege: ꝓphetis: ⁊ psalmis aīam nr̄az reficit. Et q̄ in fractio
ne panis cognitus fuit: vt dicit̄ Luc. vltio. ipsemet in ꝑscrutatione sacre scripture
agnoscit̄. Sed qm̄ psalteriū magis in eccl̄ia frequētat̄: tanq̄ȝ cōtinēs totā sacraz A
scripturā: vel scd̄m glo. ad dandā nobis spē diuine mīe: qa cū peccasset dauid: q̄ Psalteriū in ec/
fuit auctor psalterij tn̄ per pn̄iam est reparatus. Ideo diuina ꝓtegēte grā: vt sp̄uali clesia fre/
desiderio multoꝝ satisfaciā. Psalmos nō oēs: sed q̄ pn̄iales nūcupant̄. exponere quentat̄.
intēdo. At aliq̄ de ꝑfectiōe psalmoꝝ in cōi huic nr̄o opi apponēda duxi. Nā tāta B
vis est psalmoꝝ vt ad oēm sensum cuiuslibet intētionis possit cōuerti: si in eccl̄ia Psalmo
psalmus canit̄ v̄ba sunt eccl̄ie deū laudātis. Si a iustis canit̄ v̄ba sunt grās agē rū perfe/
tis si a peccatore recitat̄ v̄ba sunt veniā deprecātis: si ꝓ defunctis decantat̄ v̄ba ctio.
sunt aīe de supplicio ad deū clamātis. Et quocūq̄ se intētio canētis v̄tit mox se
sensus huius libri affectui canētis cōformat. Cū bn̄dicēte bn̄dicit: ⁊ cū maledi/
cente maledicit. Bn̄dicit mēbra Xp̄i: maledicit mēbra diaboli. In singulis psal/
mis xp̄m p̄ñtez hēs q̄ oīum psalmoꝝ mā ⁊ intētio est: qui psalmos meditat̄ hūc
fructū ex meditatione capit vt vtrūq̄ testm̄ sibi occurrat qui psalmos ꝑscrutat̄
presidiū contra oīum reꝝ aduersitatē inuenit. Orationē qualē nō pōt per seipsum
excogitare repit: cōfiteri docet̄. Unde dei misericordiā imploret agnoscit. Psal/
moꝝ liber futura p̄dicat. gesta veterū cōmēmorat: legē viuētibus tribuit: modū
gerendoꝝ statuit. Et vt breuiter dicam cōis quidē bone doctrine thesaurus est.
apta singulis necessaria subministrās: veteribus nāq̄ aīarum vulneribus nouit
mederi: ⁊ recētibus velocissimū solet adhibere remediū: atq̄ in bn̄actis perseue
rantiā scit salutis exhibere. Psalmus demones fugat: angelos ad adiutoriū in/
uitat: solēnitates decorat: tristitiā que ꝓpter deuz est molit. Lachrimas ex corde

lapideo mouet. Psalmus norma est iustitie decor pudicitie: regula patiẽtie: ni/dus penitentie. Canticũ psalmorum expellit tenebras. auget fidẽ: peccata delet: si/cut sol illuminet: sicut aqua sanctificat: sicut ignis pctm̃ exurit. Qui diligit can/ticũ psalmorum assiduũ non põt amare pctm̃. Qui hꝫ laudẽ dei in corde suo in po/stremo apud deũ gaudebit: ⁊ animã suam in celo viuificabit in secula seculorum: fruens eo quem in psalmis laudando intellexit.

Notabile

Ibet adhuc vnũ notabile apponẽ. qđ nõ tm̃ pro septẽ psalmis pe/nitẽtialib⁹: sed et pro oiuꝫ cẽtũ qnquaginta psalmorum itellectu est necessariũ: vꝫ q rerum artificialiũ qtuor sunt cãe. s. mãlis ⁊ formalis: efficiẽs: ⁊ finalis. Et q̃ psalteriũ est qđdã artificiale: iõ primũ opꝫ scire: q̃ mã sit psalmorum: q̃ forma: qs efficiẽs: ⁊ quis finis. Mã psalmorum est oẽ Dei opus. s. opus creationis: gubernationis: reparationis: ⁊ glorifi/cationis. Forma est modus deprecatiuus ⁊ laudatiuus Dei: Efficiẽs principalis est spiritus sanctus: instrumẽtalis dauid rex ⁊ pphеta. Finis psalmorum est vt ele/uati per contẽplationẽ cõiũgamur excelso ⁊ sancto. At q̃ difficile est vt qs psa/lendo deo mente cõiungat nisi intelligat qđ ore decantat. Auget quippe deuo/tionẽ intelligentia: ⁊ dũ intelligit qđ cantatur mens per intellectũ obligata non euagat. Et licet in oibus psalmis intelligentie studiũ adhibere debeamus: qm̃ inde vite nře maxima subsidia congrunt: tñ penitẽtiales estimo magnope pscru/tandos: qui humano generi velut cõpetẽs medicina prestant. Ex his enim ani/marũ saluberrima lauacra suscipimus: inde mortui peccatis reuiuiscimus: inde lugentes ad eterna gaudia peruenimus: qui nõ sine magno misterio septẽ tm̃ cẽ ponunt vꝫ sextus: trigesimusprimus: trigesimusseptimus: quinquagesimus: cen/tesimusprimus centesimusuigesimusnonus: ⁊ centesimusquadragesimussecun/dus. Primo ppter septẽ dona spiritus sancti p queꝫ spiritũ sanctũ quis penitet. Secũdo q̃ quicqd in septinario huius vite cõmittit eorum psalmodia habita cõ/tritione dimittit. Tertio q̃ penitẽtia integrat ex tribus. s. cõtritione: cõfessione: ⁊ satisfactione: quã comitant quatuor. vꝫ. grẽ infusio: peccati remissio: bonorũ amissorum recuperatio: ⁊ glorie colatio. Quarto q̃ septẽ sunt que sanant ⁊ purgãt peccatorẽ. s. Baptismus: Elemosina: Martiriũ: Conuersio fris errantis: Remit/tere in se peccanti: Perceptio corporis Christi: Et fletus: ac satisfactio. Qui etiã psalmi oẽs incipiunt a luctu ⁊ terminant in letitiã: quia per planctũ penitẽtie pue/nit ad regnũ glorie. Math. v. Beati q lugent qm̃ ipsi cõsolabunt. Quorum septẽ psalmorum. Dñe ne in furore tuo est primus. qui in numero psalmorum est sextus. Numerum senariũ in disciplina numerorum constat esse pfectũ. Hic ergo digne in pso/na penitẽtis aptatur. Sexto. n. die hominẽ deus creauit. Sexta etate ad liberan/dũ eũ in hũc mundũ venire dignatus est. Sexto insuper die crucifigi pro homi/nuꝫ salute decreuit: vt hec supputatio ⁊ hois initium: ⁊ absolutionem peccato/rum aptissime continere videatur.

C Quid sit mã: forã: efficiẽs: ⁊ finis psalmorum.

D Cõmẽdatio psalmorum penitẽtialiuꝫ.

E Quare sũt tm̃ septẽ psalmi pe/nitẽtiales.

F Psalmi pñiales icipiunt a luctu ⁊ terminant i letitia.

¶ At q̃ p titulũ vniuscuiusqꝫ psalmi intellectus aperit. Naꝫ sicut in domo nisi per clauem ingredit: ita nisi per tituluꝫ intellectus psalmi declarat. Iõ vnicuiqꝫ psalmo titulum preponam: ⁊ illum pro posse declarabo.

G Quã[re] ẽ [ex]po[sitio] tituli.

¶ Titulus psalmi.

¶ In finem in carminibus seu in organis psalmus Dauid pro octaua: hierony/mus transtulit. victori in psalmis super octauam canticum Dauid.

¶ Hic

¶ Hic te scire volo lector ꝙ tituli psalmorum ab esdra scriba facti sunt. partim B
ſm ea que tunc agebantur. partim ſm ea que contigerunt. Exponitur autem Esdras ſ
prefatus titulus sic. Hi est psalmus ille:qui pro tanto dicitur psalmus eo quod posuit ti
monet ad bene operādū dirigens nos in finem.i.Christū:qui est meta:⁊ cōsumma tulos psalmis.
tio totius agonis:attribuitur dauid.i.penitentiam forti manu facienti ⁊ timenti
tñ pro octaua.s.die iudicij:que post hoc tps quod septē diebus voluit est futura
in carminibus.i.in gemitibus pnie qbus de⁹ tāq̄ carminibus delectaᷓ:sed qm̄
super hoc dictū (pro octaua) diuersi doctores varia scripserūt:idō visum est vt sin
guloꝝ opinionē ad ducā:quidā volunt ꝙ pro tanto poniᷓ pro octaua:q2 post se
ptem millia ānoꝝ futura est resurrectio dño ad iudiciū veniente:sed hec opinio
stare non pōt que determinate assignat tps iudicij:qm̄ vt habeᷓ Act. primo ca
pitulo Xps dixit. Non est vestrū nosse tempora vel momēta:que pater posuit in
sua potestate. Et Marc.xiij. De die autē illa vel hora nemo scit neq3 angeli in ce
lo neq3 filius nisi solus pater:qd̄ sic exponit Hilarius:filius ⁊ spūs sanctus q2 nō
sunt a se de die illa nesciūt a se pater aūt q2 est a se scit a se Hieronymus dicit hoc
esse intelligendū de filio adoptiuo:nō de vnigenito ⁊ cōsubstātiali.cuius sicut est
vnū esse ita ⁊ vnū scire est. Augustinus aūt sic exponit:neq3 filius scit.s. ad reue
landū. Sanctus ēt Thomas in quarto di.47.q.1.ar.1.q.3.assignat rōne3 quare
iudiciū futurū est incognitū dicens. Deus per suā scientiā est causa reꝝ. Utrūq3
aūt creaturis cōmunicat.dum ⁊ rebus tribuit virtutē agēdi alias res quaꝝ sunt
causa:⁊ qbusda3 etiā reꝝ cognitionē prebet. Sed in vtroq3 sibi aliqua reseruat.
Operaᷓ enim quedā in qbus nulla creatura sibi cooperaᷓ:⁊ similiter cognoscit
quedā:que a nulla pura creatura cognoscunᷓ:hec autē nulla alia magis esse de
bent q3 illa que soli diuine subiacēt potestati:in qbus ei nulla creatura cooperaᷓ
⁊ huiusmodi est finis mūdi in quo erit dies iudicij. Non enim per aliquā causa3
creatam mundus finieᷓ:sicut etiā ⁊ mundus esse incepit imediate a deo. Rayne
rius in summa addit adhuc alias rōnes dicens: finis mūdi nō erit nisi completo
numero electoꝝ:sed numerus electoꝝ in superna felicitate locandus soli deo est
cognitus vt dicit sanctus Gregorius in quadā collecta. Addit ⁊ ali3 rōnem di
cens. In fine mundi cessabit dis motus corporū celestium:sed qñ cessabit motus
celi non pōt sciri ab homine:q2 celi quies nō est ab aliqua naturali causa: sed so
lum a diuina volūtate dependet. Unde concludiᷓ. falsu3 esse ꝙ aliqs sciat qñ iu
dicium est futurū. Ideo aliter dicendū. Nam ſm hebreos (vt dicit Nicolaus de
Lyra) octaua est hic nomen instrumēti musici eo ꝙ octo chordas habeat sic no
minati. Secundum hoc igitur:sensus huius tituli est psalmus Dauid super octa
uam:i.qui est aptus decantari instrumento tali. Et sic quando dicitur in organis nō
accipitur instrumētum sed cantus aptus ad tale instrumentū. Jacobus de valen
tia episcopus christopolitanus ait. In hebreo explicaᷓ modus cantandi:q2 can
tabatur cum toto conatu gradatim eleuando vocem vsq3 super octauam voce3.
Et rō est. Nā hic psalmus hēt decē versus ergo si in quolibet versu successiue ele
uabant vocem per punctum sequitur ꝙ ascendebant super octaua3 vsq3 ad de
cimum punctum. Sed melius dicendum cu3 sancto Thoma. Qui vult ꝙ sicut
hētur in historia leuitici vigesimo tertio. ꝙ in mense septimo iudei faciebant fe
stum tabernaculorum septem diebus:⁊ octauus dies inter omnes erat celeber
rimus. Erat.n.dies cetus atq3 collecte:que fiebant pro necessarijs ad cultum di
uinum ⁊ ad pauperes:⁊ forte Dauid fecit hunc psalmum ⁊ dicebatur in octauo

C Octauā re dicitur tēpus iudicij.

die. Pertinet autem festum istud ad misterium. Quia per octo significatur resurrectio quando colligentur omnes a quattuor ventis a summo terre vsq; ad summū celi Matth. 13. Ratio quare per octauā designatur resurrectio: quia in presenti duplex vita est. Una qua vacat homo rebus corporalibus alia spiritualibus. Prima vita significatur per quaternariū: qui numerus pertinet ad corpus. Nā corpus constat ex quattuor elementis: igne: aere: aqua: & terra. Et quattuor afficitur qualitatibus. s. sicca: humida: calida: & frigida. Et quattuor temporibus administrat. vere: estate: autūno: & hyeme: ad animā vero pertinet ternarius propter tres vires anime. s. rōnabilem: irascibilē: & concupiscibilem. Homo etiam obligatur diligere deum sub hoc numero ternario: videlicet ex toto corde: ex tota anima & ex tota mente: Peracta vero vtraq; vita. s. corporali & spirituali quasi septenario numero transacto veniet dies iudicij: & suis vnicuiq; promeritis ius reddetur. Uel ideo per octauā significatur resurrectio: quia octaua etate erit. Nam pma etas currit ab Adam vsq; ad Noe. Secūda a Noe vsq; ad Abraam. Tertia ab abraam vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad transmigrationē babylonis. Quinta a transmigratione babylonis vsq; ad Christum. Sexta a Christo vsq; ad finem mundi. Currunt simul sexta & septima etas. s. quiescentiū & laborantium & post has. erit octaua etas resurgentiū. Hec ergo sufficiant pro expositione tituli huius psalmi.

Historia psalmi.

C Nunc accedendum est ad expositionē psalmi: sed propter quid psalmus iste sit cōpositus. hebrei & latini doctores varie loquuntur. Unde multipliciter exponitur apud hebreos & latinos. Placet tamen mihi opinio Nicolai de Lyra: qui dicit q; Dauid fecerit hunc psalmum: petens misericordiam super offensam diuinam qua iactanter & contra legem iussit populum numerari absq; oblatione argenti q; in tali numeratiōe precipitur dari Exodi. xxx. Propter quod propheta Gad de mandato domini dixit ei. Trium tibi datur optio: &c. vt habetur secundi Reg. 4. (vide etiam hanc historiam primi paralipomenon vigesimo primo). Dixit autem Dauid ad Gad. Coartor vndiq; nimis. Et hoc dixit quia videbat sequi penam horribilem super se & populum occasione sui. Et tunc fecit hunc psalmum.



Omine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. ¶ Diuidit autē iste psalmus in tres partes. primo .n. ponit̄ pniā. scd̄o penitētie fletus. ibi [Laboraui.] tertio vtriusqꝫ fruct⁹. ibi [Discedite.] Premittit autē phemiū in quo captat beniuolētiam ex iudicis ꝑsōe: petēs a tribus icōmodis liberari: que patit̄ quis in peccato exñs. Primū est peruersitas actus. Scd̄m vulneratio ⁊ debilitas nãe. Tertiū reatus pene imminēs. Petit ergo a puersitate act⁹ liberari dicēs. [Dñe ne in furore ⁊c.] Unde nota ꝙ suā petitionē ⁊ pniāꝫ incepit a timore: iuxta Esaye.26. dr̄ a facie .t. vindicta tua dñe concepimus: ⁊ quasi parturiuimus: ⁊ peperimus spiritū salutis. A malis actibus liberat aliquis aliquē aut arguendo verbis aut corripiendo penis. Et vtrūqꝫ facit deus. Sꝫ argutio qñqꝫ fit ad emēdationē: ⁊ hoc in mīa. Psal. Corripiet me iustus in mīa ⁊c. qñqꝫ ad condēnationē: ⁊ hoc ē in ire. Et ideo dicit. O dñe cui⁹ me seruū nō abnego: cuius imperiis obtēperare desidero: cuius suaue iugū referre nequaqꝫ recuso. O dñe: qui potens es: ⁊ in ira ⁊ in misericordia arguere: argue me in mīa: ⁊ non in furore. Augu. Hic vre hic seca vt in eternū parcas. Hiere-
A mie.10. Corripe me verūtamē nō in iudicio. Ira ⁊ furor in greco idem sonāt. At Cassiodorus irā longā indignationē dicit: furorē repentinā mētis accensionē vocat. Que quo ad affectū in deū nō cadūt: sed iudicis effectus dānationis contra reū notat̄. Non .n. supplicat deo patri vt non arguat̄: sed ne in iudicij seueritate culpet̄: ac si dicere velit. Ne punias me ꝯm rigorē iustitie vt iudex iratus: sed castiga me ꝯm dulcorē mīe vt ꝑr benignus. Nā inter alios status quos d̄ oratores causis emergētibus indiderūt. cōcessiuā deprecationē esse dixerūt: cū reus non id qd̄ factū est defendit: sed vt ignoscat̄ expostulat. Qui status licet inermis apud terrena iudicia videat̄: humanisqꝫ viribus destitutus: inuicta tñ apud deū munitiōe precingit̄. Ut quē nulla preualēt argumēta defendere sola possit confessio vindicare. Petit ergo vt ante iudiciū non in iudicio corripiat̄. Quia qui ibi arguit̄ sine dubitatione dāāatur. Gregorius. Sācti presentē penā lucrū putāt: quia per hanc eternā euadere nō ignorant. Et idem. Iustus hic dꝫ atteri: vt in iudicio purgatus mereatur inueniri. Timē-
B da quippe est dies iudicij ꝓpter multa: Primo ꝓpter icertitudinē salutis. Ecclesiastes nono. Nemo scit vtrum odio an amore dignus sit. Scd̄o ꝓpter insufficientiā meritoꝝ. Ro. octauo. Nō sunt condigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā: que reuelabit̄ in nobis. Tertio ꝓpter paucitatem electorum. Matth. vigesimo. Multi sunt vocati. pauci vero electi. Quarto quoniā iudex nō poterit aliquo modo flecti muneribus. Sophonie primo. Argentū eius ⁊ aurū eius non poterūt liberare eum in diem furoris domini. Quinto ꝓpter furibundam dñi apparitionem. Malachie tertio. Quis poterit cogitare diē aduentus eius? Job quartodecimo. Quis mihi tribuat: vt in inferno ꝓtegas me: ⁊ abscōdas me donec pertranseat furor tuus? Ibi dicit Gregori⁹ Quod mali mallēt esse in inferno qꝫ videre Christū iratū. Apocalip. 6. Dicēt montibus ⁊ petris cadite super nos: ⁊ abscōdite nos a facie sedētis sup thronū. Sexto ꝓpter elemētoꝝ cōmotionē Joelis tertio. Sol: ⁊ luna obtenebrati sunt: ⁊ stelle retraxerūt splendorē suū. Septimo qꝛ oēs creature pugnabūt ꝯ

Ira ⁊ furor quo ad deū sunt: et quo in deū nō cadūt.

Timenda ē dies iudicij ꝓpter multa.

Insensatos ⁊ dānatos. Sapiētie 5°. Ac/
cipiet armaturā zelus illius ⁊ armabit
creaturā ad vltionē inimicoꝝ. Octauo
q꞉ qui mō ꝑcutit virga ꝑcutiet gladio.
Esaye. 27. i die illa visitabit dn̄s in gla/
dio suo duro ⁊ forti ⁊ grandi sup leuia
than. Nono pp peccatoꝝ reuelatiōnē.
Matth. 10. Nihil optū quod non reue
let neq꞉ absconditū quod non sciatur.
Hieronymus. Peccata que hic per pe/
nitentiā nō delent in iudicio reuelabū/
tur. Prime ad corinthios quarto. Illu
minabit abscondita tenebraꝝ ⁊ mani/
festabit ꝯsilia cordiū. Decimo pp eterni
gaudij amissionē. Esaye. 26. Tollatur
ipius ne videat gloriā dei. Undecio pp
peccatoꝝ recordationē. Psal. [Si iniq
tates obseruaueris dn̄e: dn̄e qs sustine
bit?] Duodecimo pp inq̄sitionis subti
litatē. Sophonie p°. Scrutabor hie/
rusalem in lucernis. Terciodecimo pp
eterni iudicij maledictionē. Matth. 25.
Ite maledicti in ignē eternū. Quarto/
decimo pp snie irreuocatōez. Ps. Que
pcedūt de labijs meis non faciā irrita.
Quītodecio: q꞉ erit oīpotēs iudex nec
timebit aliquē. Exo. 15. Dn̄s quasi vir
pugnator oīpotēs nomē ei⁹. Sextode/
cimo: q꞉ sanguis christi clamabit ꝯ pec
catores. Esaye. 26. Reuelabit terra san/
guinē suū ⁊ non operiet vltra interfectos
suos. Ob has cās ⁊ similes petit ne in
furore iudicetur. Sed potius vt ei mi/
sereatur. Unde ⁊ subdit.

¶ Miserere mei domine qm̄ in/
firmus sum sana me domie: qm̄
cōturbata sunt ossa mea.

¶ Petit liberari a scdō. s. a vulneratio
ne ⁊ debilitate nāe. Et p° exponit in/
firmitatē in gn̄ali. Scdo in speciali ibi.
Sana ⁊c. Dicit ergo. [Miserere mei
dn̄e qm̄ infirmus sum.] Ad litteraz ex
visione eniz angeli ꝑcutientis populū.
Dauid ita fuit territus q꞉ de cetero fuit
q̄si languidus in tm̄ q꞉ nō calefiebat ve
stibus vt habet tertij Reg. p°. Morali
ter. Peccatū est spiritualis infirmitas. ¶ Peccatū ē spūalis infirmitas.
Nā infirmitas corporalis ex solutione
debite proportionis humoꝝ accidit sic
qn̄ affectiones aie non sunt ꝓportiona/
te est ibi spiritualis egritudo. Et iō di/
cit infirmus sum. Glo. infirmus suz nā
⁊ vicio adeo q꞉ iustitiā tuā sustinere ne
queo. Mira allegatio: infirmitatē cām
ponere medēdi (cū medico seculari mi/
mi soleant ostendi cā medendi.) At in/
firmitatis cōfessio celestis medici miaz
mouet, a quo facile impetrant remedia
cū ostendunt vulnera manifesta. Aug.
Argumentū pietatis est ostensio infirmi
tatis. Nō enim dixit miserere mei qm̄
mereor: sed q꞉ iustitiā tuā sustinere non
valeo. O clementiā magnā creatoris a
iudice ꝑcipimus qd rei dicere debeamus
Docemur pietatē petere ne nos iustitia
possit absumere. Et aduerte q꞉ multi/
plex est infirmitas. Est eniz infirmitas: ¶ Infirmitas multiplex.
nāe: pene ⁊ culpe. De infirmitate nāe
Gen. tertio dr. Puluis es ⁊ in puluerez
reuerteris. Et Job. 14. Hō nat⁹ de mu
liere breui viuēs tpe replet multis mi/
serijs. Que in tribus ꝯsistit. Prio q꞉ ex
nihilo est. Scdo q꞉ altera͠t. Tertio q꞉ a
de necessitate corrūpit. De infirmitate
ac miseria pene: ait psalmista. [Sagit/
te tue infixe sūt mihi.] Que sunt sollicitu
dinis: laboris ⁊ seruitutis. De infirmi/
tate culpe hic logr. dicēs. [Miserere
mei dn̄e qm̄ infirmus sum.] Hec infirmi
tas culpe maior oīum est qm̄ vulnerat ⁊
verme ꝯscie angit: Dei mie obstat: bo/
nis spoliat: annihilat ⁊ post mortē cre/
mat. Miserere ergo mei miseri. O dn̄e
in hac vita miseris mia debet. Percute
misericorditer vt medicus vt inde seq̄/
tur salus. Sana me, Exponit in specia/
li quomodo sit infirmus ⁊ hoc dupli/
citer. Primo q꞉ amisit suam fortitudi/
nem. Secundo q꞉ perdidit suaz discre
tionem. ibi [Et aia mea turbata est val
de.] Dicit ergo: sana me dn̄e. Hieremie

17. Sana

17. Sana me dñe ⁊ sanabor. Sana inq̃ tua medicina. Et opus est. [Quoniaȝ coturbata sunt ossa mea] .i. virtutes: ⁊ vires aīe ex toto turbata sūt. Peruenit hec infirmitas vsq̃ ad interiores sensꝰ. In depcatiōe eadē pseuerat. Egritudinē tabidā vsq̃ ad interiora venisse pio medico dr̃: ne differret auxiliū cui īminēr cognoscebat exitiū. Nā ne ossa carnis itelligeres: exponit cū subiūgit.

Et aīa mea turbata est valde.

Uidens enim angeluȝ cedentem populū occasione sui: ita fuit turbatus q̄ dixit ad dñm. Ego sum: q̄ peccaui. ego sum qui inique egi. Isti q̄ oues sunt q̄d fecerunt? Uertat̃ obsecro ira tua ɔ̃ me ⁊ ɔ̃ domū patris mei secūdi. Reg. vlti. Turbata est iquit aīa mea valde: quia peruersum hēt iudiciuȝ de agēdis vt. s. quod bonū est iudicet esse malū: ⁊ ecōuerso. Et amplius Marta non est sollicita circa frequēs ministeriū: nec Maria presidet ad contēplandū Deū. Bene autē: valde additū est: ne clemens auditor pateret̃ diutius differrēdū: si nimis eū non cognosceret fuisse turbatū. Ualde ergo aīa mea turbata est: q2 tota cuȝ oībus viribus suis est ɔturbata. Nam Inuenio legē in mēbris meis repugnantē legi mētis mee: ⁊ captiuātē me in lege peccati. Et sic quod nolo illō ego ⁊ qō vellem facere nō facio. A qua captiuitate ⁊ morbo nemo potest liberari nisi per gratiam tuam.

Sed tu domine vsq̃ quo?

Scȝ tardabis eā cōsolari sanādo ⁊ ɔsolando: q̄ solus sanare potes. Ubi nota q̄ Dauid hic orat ɔ̃ reatū dānationis. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostēdit iminere periculum. Secundo petit gratie auxiliū. ibi [Conuertere.] Tertio exponit iminēs periculū. ibi [Quoniā non est in morte.] Dicit ergo infirmus sum: non possum per me surgere. Sed tu dñe qui potes erigere, vsq̃ quo non exaudies: sed sustinebis populi percussionem ⁊ meam afflictioneȝ? Et est modus loquendi ɔtrūcatus: sicut homo anxiatus: ⁊ territus non profert intentionē suā cōplete sed trūcate. Usq̃ quo ergo differs: q̄ vsq̃ ad finē preces suppliciū nō soles vllaten᷒ obliuisci? Abacuc p̄. Usq̃ quo clamabo: ⁊ non exaudies. vociferabor ad te vĩ patiēs: ⁊ nō sanabis? Supplicatio ista magnis cōmēdat̃ angustijs: vt recepta sanitas p̄ciosior possit agnosci. Et ituere q2 iusticiā dñi semp penitēs iste refugit: ⁊ consuetudinē eius benignitatis exposcit. Nec in hoc tā̄q̃ crudelis deus extimādus ē. Differt. n. dñs aliqñ sanare. Primo vt crescat desideriū. Gregoriꝰ. Desideria dilatiōe crescūt. Secūdo: vt donū sit gratiꝰ. Seneca. Quod gratū vis haberi raro effice. Tertio q̄a meliꝰ sapiūt: que pluris emunt̃. Quarto vt melius illatū custodiat̃. Augu. Facilitas venie parit incētiuū delinquēdi. Quinto vt cor purget̃. Gregoriꝰ. Differens cruciat: ⁊ cruciando purgat. Sexto vt grauitas morbi cōsideret̃. Gregorius. Cū se expedire nitit̃. veraciter cōspicit q̄̃ duris nexibꝰ ɔ̃tinet̃. O q̄̃ ex intimis cordis visceribus dicebat. Sed tu dñe vsq̃ q̄. Amāti. n. nihil satis festinat̃. Et in hoc ipsi penitenti periculosum videbatur q̄ non conuertebat̃. Ideo petit gratie auxilium dicens.

E Quare dñs differt exaudire.

Conuertere domiē ⁊ eripe animam meam.

Et tria tāgit. s. ɔuersionē: ereptionē: ⁊ saluationeȝ. Pro cōuersionis āplion declaratione est notādū. vt dicit sanctꝰ Thomas. sup hūc psalmū. Qz oculus hois nō illuminat̃ a sole nisi hēat directā opponē ad illū. Ita aīa si oȝ recipe lumē diuinū. oȝ hr̃e directū aspectum ad deuȝ. Et huiusmodi directus aspectus semper est paratus a deo: sed hō auertit se. Et oportet q̄ deus conuer-

tat eũ inquantũ prius ↄuertit ad nos cõuertendo nos ad se. Et iõ dicit cõuertere. Trenoꝝ quarto ↄuerte nos dñe ⁊ ↄuertemur. Cõuertere in quã dñe mihi iam cõuerso vt amplius ↄuertar. Tua n. conuersio causa nr̃e conuersionis est. Petrũ ad lachrimas cõuertisti dũ illũ respexisti. Uel conuertere. i. fac me cõuerti. Uel cõuertere ab ira: vindicta: ⁊ rigore iustitie ad dulcorem mĩe. Et qui quasi auersus videris a me pp peccatũ cõuertere ad me. Siue more nostro dr̃ Deo. cõuertere. sicut auersi solent rogari: quia aut respicere nolunt aut subuenire ↄtẽnunt. Hic vindicte relaxatio postulat' vt debitas de nobis iustitia ipsius non exigat vltiones. Eripe animã meã ab iminenti supplitio quod debet' errantibus. Uel eripe aĩam meã in cõuersione varijs modis impeditã seculi. s. pplexitatibus carnis cõcupiscentijs: iugo male cõsuetudinis. quasi qbusdã vinculis ligatã. Quoniã adhesit pauimento aia mea. adhesit in terra venter meus. In vinculis ⁊ ↄpedibus peccati trahor ad suspendiũ. ducor ad mortẽ. Sz eripe me de luto vt nõ infingar. Eripe de potestate tenebraꝝ ne moriar. Et postq̃z libaueris a mal' pduc ad salute.

¶ Saluũ ꝗ me fac pp mĩaz tuã.

¶ O q̃z pulcherime ista supplicatio pprijs ac proficuis sermonibus explicatur saluũ se petit fieri nõ s̃z merita sua. Sed pp diuinã mĩam in qua dum firma spes ponit: venia facilius ipetrat'. Oẽs enim p diuinã mĩam saluant'. Ad Titum tertio. Non ex operibus iustitie q̃ fecimus nos. Sed s̃m mĩaz suã saluos nos fecit. Trenoꝝ tertio. Mĩe dñi q̃ non sumus ↄsũpti. Uel saluũ me fac. i. fac me incolumẽ proficere in bono ne vlterius cadã. Propter mĩam tuã quia nihil de me presumo cũ iniq̃ egerint. Naz iusta debet' peccãti dãnatio. Op? est vt sanes quia post hanc vitã non est locus venie. Aug. Cuz hec vita transierit non restat nisi retributio. Merito ergo hic sibi festinat dimitti: quia post huius occasum, vt diximus non restat nisi sola retributio, meritoꝝ. Unde subdit.

¶ Quoniam nõ est in morte qui memor sit tui in inferno autẽ quis confitebitur tibi.

¶ Hic ostendit piculũ iminens. s. mortis. Est autẽ triplex mors. Prima naturalis. Scda peccati. Tertia eterne dãnationis. Sed quare in morte nullum esse memorẽ dei dicat dũ vicina possit amplius ira iudicis ↄtremiscit? Puto de illis h̃ s̃ificari q̃s dedit de' in reprobũ sensũ. Ut sic nõ habuerũt dei i notitia dũ viuerẽt ita in morte notitia illi? carerẽt. Aug. in sermone inocẽtũ. Hac aĩaduersiõe petõr pcutit' vt moriẽs obliuiscat' sui q̃ dũ viueret oblit' est dei. Uel in morte. s. pcti q̃s memor sit tui? q̃si dicat. Eripe aiaz meã te deprecor ne cõsentiã pctõ: q2 in pctõ meo nõ ero memor tui. Daniel. 13. Declinauerũt oculos suos vt nõ viderẽt celũ: nec recordarẽt iudicioꝝ iustoꝝ. Obcecati. n. peccatũ Sophonie p̃. Ambulabũt vt ceci q2 dño peccauerũt. Sapiẽtie scdo. Excecauit eos malitia eoꝝ: ⁊ nõ intellexerũt sacra Dei. Job. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini: nescierũt vias ei?. Prouerb. 18. Impi? cũ in profundũ venerit pctõꝝ ↄtẽnet. Uel alr̃. vt li: i: instet mo post. Erit sensus. [Q̃m nõ ẽ in morte q memor sit tui]. i. post mortẽ nõ ẽ aliq̃s q̃ hẽat memoriã fructuosaz ad veniã: Quia aĩa rõnalis nõ h3 flexibilitatẽ arbitrij post mortẽ. Ecclesiastes. 11. Si ceciderit lignũ ad austrũ siue ad aqlonẽ in quocũq loco ceciderit ibi erit. [Ergo i iferno q̃s ↄfitebit' tibi]. i. confessione laudis diuine? Quasi diceret nullus. Ideo q2 in inferno nulla est redemptio. Timebat enim David ne magna pars populi: q̃ moriebat' subito in illa pestilẽtia triũ dierũ. decederet in pctõ mortali

Trip' ẽ mo

mortali ⁊ sic dam̄naret. Quod erat ei valde lugubre sicut ⁊ mors filij sui absalō: q̄uis ip̄m psequeret: eo q̄ ꝓbabiliter credebat ip̄z in pctō mortali decessisse sicut scriptū ē scđi. Reg. 18. Gemebat itaq̄ Dauid tā ꝓ pctis suis q̄z ppli subita decesione: vnde subiūgit.

Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratum meum rigabo.

Hec est secūda pars principalis huius psalmi: in qua asserit penitentiā suā magnis cruciatibus fuisse redemptā. Q̄m afflictiōe ꝓbabili maxime venialis efficit penitudo. Ponit ergo fletus siue gemitus pnie. Ubi tria vi̇ tangere. Primo cordis tristitiā. Scđo defectū rōnis ibi: [turbat⁹ est.] Tertio īfirmitatē v̄tutis: ibi [inueteraui]. Tristitia cordis tripliciter indicatur. Primo per suspiria: ⁊ gemitū. Scđo p corporis inquietudinem. Tertio per lachrimas.

G Tristitia cordis tripliciter indicatur.

Quātū ad primū dicit laboraui in gemitu meo pre anxietate cordis. s. suspirādo, trenoꝝ p̄mo. Multi gemit⁹ mei: ⁊ cor merens. Ps. Rugiebā a gemitu cordis mei. Et h̄ dicit laboraui: q̄r labor ē pugnare ꝯtra se. Labor iste bonū fructū h̄z. Sapiētie tertio. Bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fruct⁹: ⁊ penitēti valde necessarius q̄r vt ait ap̄ls ad Ro. 6°. Sicut exhibuistis mēbra vestra s̄uire imūditie: ⁊ iniq̄tati ad iniq̄tatē: ita nūc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationē. Gal. 5°. Qui āt sunt Xp̄i carnē suā crucifixerūt cū vicijs: ⁊ ꝯcupiscētijs suis. Nec solū d3 esse exterior: s3 ēt interior ⁊ h̄ est in gemitu. Gemitus. n. dict⁹ est geminatus luct⁹ quē merito fideles apetūt: q̄m lugētes ꝯsolat: penitētes emundat: diabolū fugat: Xp̄o ꝯciliat amaritudo dulcis. lachrime felices: salutaris afflictio. Ad h̄ nos dñs p Hieremiā sexto hortat dicēs. Filia ppl̄i mei īduere cilitio ꝯsperge te cinere. luctū vnigeniti fac tibi plāctū amarū.

H Quid est gemitus.

Quātū ad scđm dicit. [lauabo ⁊c.] Ubi duo ponit. lectū. s. ⁊ stratū: ⁊ hec duo l3 ꝓ eodē accipiant: tñ proprietatē sequitur. Stratū dr̄ pāni: q sternunt in lecto. Lect⁹ illud qđ subtus ponit. Lectus ab electis ac molib⁹ herbis dict⁹ est supra q̄s antiquus q̄escētiū corpora remittebant in somnū. Per hoc aūt qđ dicit: [lauabo p singulas noctes lectū meū.] Dat itelligere q̄ q̄libet nocte surgebat: ⁊ apodiat⁹ iuxta lectū plorabat. Ut quem noctibus poluerat lachrimis ablueret Trenoꝝ p̄. Plorās plorauit i nocte: ⁊ lachrime ei⁹ i maxilis ei⁹. Trenoꝝ scđo. Deduc q̄si torrētē lachrimas per diē: ⁊ nocte ne taceant pupille oculi tui. Lr̄a Hieronymi h3 natare faciā lectū meū: ⁊ ē vt dicit scūs Thomas: locutio iperbolica: q̄r īpo(s)le vi̇ vt tanta fuisset copia lachrimaꝝ: q̄ nō solū faciē: sed etiā lectū lauisse diceret. Uel natare faciā. i. ad modū natātis me habeo ex inq̄etudine mea. Dicit aūt: lachrimis stratū meū rigabo. Quia ēt in lecto iacens plorādo pfundebat pānos lecti q̄si irriguū lachrimarū. Sed dubitat. Quare dicit p̄. laboraui in gemitu meo vn̄ ostēdit se iā penitētiā egisse: ⁊ postea dicit. [Lauabo.] q̄si pnittēs se factuꝝ penitētiā? Ad hoc rūdet. q̄ l3 peccator egerit pniā pfectā de peccatis suis p cōtritionē: ꝯfessionē: ⁊ satisfactionē: tñ debet semp dolere: flere: ⁊ penitere: quotienscūq̄ recordatus fuerit: illius pcti. Nā si post actā pniā qs ꝯplaceret sibi fecisse illud pctm̄ tūc redderet sibi culpa. Un̄ ad habēdū remissionē reqrit ꝯtinuatio pnie. Sicut de beato petro legit q̄ singulis noctib⁹ surgebat hora q̄ Christū negauerat: ⁊ flebat ita q̄ facies eius videbat adusta ex fluxu lachrimaꝝ vt dicit clemēs in itinerario suo. Moraliter lect⁹ in q̄ hō q̄escit est ꝯsciētia: q̄ mūdis corde est reqes: s3 malecordatis tormē-

J Quid sit stratū ⁊ qd lectus ⁊ pro quo accipitur.

K Dubiū

tum. Sicut lectꝰ gratus est sanis: ⁊ gra uis infirmis. Hūc lectū potest homo la chrimis quāuis paucis lauare. Si eū contingat celesti inspiratione deflere. Hie. 4°. Laua a malicia cor tuū. Stra tum significat cumulum peccatorū qđ ideo lachrimis rigat᷑ vt eodē saluberri mo imbre resoluto hō in nouā messem virtutis adolescat. Fiatq; ex peccatore iustus: ex lugēte letus: ex egroto sanis simus. Nam lachrime lauant delictum qđ pudor est confiteri: vt dicit Crisosto mus. Trenoꝝ scđo. Defecerunt pre la chrimis oculi mei. Per singulas. ait no ctes. i. per singula pctā. De singulis enī pctis dꝫ hō penitēdo plorare. Nota tñ ꝙ triplex est genꝰ bonaꝝ lachrimaꝝ. s. Compūctiōis. Ps. fuerūt mihi lachri me mee panes die ac nocte. Cōpassiōis Hie. 9°. Quis dabit capiti meo aquā: ⁊ oculis meis fontē lachrimarū? Et. De uotiōis: h̄ est illud irriguū qđ dedit ca leph axe filie sue. Irriguū superius sunt lachrime ꝓ dilatatiōe pr̄ie: inferiꝰ ꝓ in colatu huius miserie. Primas habuit dauid ꝓ pctō cōmisso dicēs. Lauabo ꝑ singulas noctes lectū meū. Scđas ha buit ꝓ ꝑcussionē ppli dū diceret. Ego sum q peccaui: ⁊ ego inique egi: isti qui oues sunt qđ fecerūt? scđi Reg. 24°. Et tertias habuit dū diceret Psalmo. 119°. Heu mihi q̄ incolatus meus ꝓlonga tus est. Consequenter cum dicit.

L
Triplex genꝰ bonaꝝ lachrimarum.

¶ Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes ini micos meos.

¶ Ponit defectū rōnis. Turbatus est oculus meus. i. rō mea. vel a furore suo q̄ turbabat᷑ ɔtra peccata ꝓpria. Reco gnoscebat. n. in statu ꝑsecutiōis ꝙ pro pter pctā sua iuste affligeret᷑. Et hec ira nō cecat: sed turbat. Uel ad litterā. Tur batus est oculus meus. i. ꝑ dolore cor dis: ⁊ pre lachrimis obscuratus est vi sus meus. Uel a furore. i. ab impetu pas sionis turbatus est oculus meus: quia sup cecidit ignis: ⁊ nō viderūt solē. Uel a furore tuo dñe deus quo me punis q̄si prouocatus a me q̄ turbaui te Esaye. 38°. Attenuati sunt oculi mei suspicien tes in excelsū. Quid. n. formidolosius q̄ȝ illū irasci: q si nō misereat᷑. hominē extinguit? Triplicē dei furorē scriptura commemorat. Unū in adam q̄n dixit ei. Adā vbi es? ⁊ expulit eū de paradiso. Secundū quo dat malos in reprobum sensum. Tertiū q̄n tradent᷑ reprobi in eternū suppliciū. De quo Job vigessi mosexto. Colūne celi cōtremiscunt. Hie ronymus. quotiens diē iudicij intueor toto corpore ɔtremisco. Et merito tur batus est oculus meus: quia inuetera ui. i. multo iam tēpore in peccatis vixi membrū factus veteris hominis. Hic ponit infirmitatem virtutis. Inuetera tum se dicit ad similitudinē veteris ve stis: que nec est vsui nec decori. Nā nec decorem adijcit nec frigus repellit. In ueteraui inquit inter omnes inimicos meos. s. vicia. ⁊ demones: ⁊ malos ho mines. Baruc tertio. Quid est israel ꝙ in terra inimicoꝝ es? Inueterasti in ter ra aliena: cum mortuis deputatus es? ⁊ cū descendentibus in infernum. Ho mo dicitur inueterari propter multas causas. Una est: quia sicut senes ami tūt visū corporalē sic peccatores ami tunt visum spiritualē Psalmus. Cōpre henderunt me iniquitates mee: ⁊ nō po tui vt viderem. Itē amittunt virtutē gu stādi sic peccatores spiritualiter. Unde dixit berzelai ad Dauid secundi Reg. 19°. Octogenarius sum hodie: nūquid vigent sensus mei ad discernēdū suaue aut amarum. Itē senes amittunt audi tum sic ⁊ peccatores. Ecclesiastes vlti mo. Obsurdescent filie carminis. Item senes fiūt tremuli sic ⁊ peccatores Ps. Ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor. Item senes infatuantur. Sic ⁊ peccatores ad Roma. primo. Dedit illos in reprobum

M
Furor dei triplex.

N
Hō peccator assimilat seni.

in reprobum sensum. Prime ad Corinthios.14. Nolite pueri effici sensibus. Item senes sunt ppe finez. Ad hebreos octavo. Quod antiquatur et senescit ppe interitū est. Item senes pleni sunt rugis sic et peccatores Job sextodecimo Ruge mee testimoniū dicunt cōtra me. Item senes sunt imundi. Sed qs immundior peccatore? Deuteronomij.32. Peccauerunt ei et nō filij eius in sordibus. Omnes similitudines senū habui dūz in pctis vixi et peccatis cōsensi: nec ab illis immunis fui. Quia Xo nō est inanis tantus labor penitentie ideo sequitur.

¶ Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē qm̄ exaudiuit dominus vocem fletus mei.

¶ Hec est tertia pars pncipalis. In qua enumeratis afflictiōibus. emēdationis partem ingredit et fructus fletus ac penitentie ponit. Unde hic se exauditum ostēdit et exinde gratulat. Et circa hoc tria facit. Primo eniz a se repellit inimicos. Secūdo confitet se esse exauditu3 ibi. [Qm̄ exaudiuit]. Tertio pnunciat inimicorū euentū ibi. [Erubescāt]. Dicit ergo. Discedite etc. Ubi q aliqs propter petm̄ afflictus fuerit: post datā indulgentiā insultare pōt inimicis vel inducētibus eum ad peccatū dicendo. Discedite a me quia societatē vestraz nolo. Hoc quippe modo se pbat ad plenā correctionē venisse: quia se voluit a malorum societate diuidere. Hec separatio et si nō possit esse loco: fiat tamē animo. Non ad superbiam vt phariseus. Qui dicebat Luc. decimo octauo. Non sum sicut ceteri hominum. Sed ad cautelā. Quoniam vt dicitur prime ad Corinthios quintedecimo. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Ecclesiastici tertiodecimo. Qui tetigerit picez inquinabitur ab ea. Seneca. Potius videndū est cū qbus edas q̄ȝ quid edas. Et idē i tertio dira. Sumunt a puersantibus mores. Et idē ad luciliū. Cuz his puersareq te meliorē facturi sunt: illos admitte: quos tu potes facē meliores. Et iteȝ ad eundē. Nulla res magis animū induit honestatē: nullaqȝ dubios et inclinatos ad praua: magis ad rectū reuocat q̄ȝ bonoꝝ assidua cōuersatio. Et idē in tertio de ira. Nō tm̄ valitudini p fuit sana regio salubreqȝ celū q̄ȝtuȝ aīs parū firmis conuersatio melioris. Qd itelliges si feras māsuescere videris cōuictu nr̄o. Hinc sapiēs puerbioꝝ tertiodecimo. Qui cū sapiētibus gradit sapiens erit: amicus stultoꝝ silis efficiet. Et Ps. Cū sctō sctūs eris et cū viro innocēte innocēs eris et cū puerso puerteris: 28.q.1.c.sepe. Sepe maloꝝ consortia et bonos corrūpūt: q̄ȝto magis eos: q ad vicia pni sunt. Et.23.q.4.c.qsqs. Quō incorruptus poteris pmanere: q corruptis sociaris: scdē ad Corinth.6. Propter qd exite de medio eoꝝ: et separamini dicit dn̄s et immundū ne tetigeritis et ego recipiā vos et ero vobis in patrē et vos eritis mihi in filios et filias. sequēter cū dicit. [Qm̄ exaudiuit]. Prenunciat se exauditū. Ubi aduertendū est: q supi⁹ tria pmisit. s. orōnē. cū dixit. [Miserere]. Scdo deprecationem. dicēdo. [Cōuertere]. Tertio luctū ibi. [Laboraui]. Et hec tria dicit exaudita ordine retrogrado. Et pmo gemituȝ. Gemitus sanctorū vocē hȝ apud Deum. Eccl.35. Non despiciet vocē pupuli: nec viduaȝ si effundat loquelā gemitus. Nonne lachrime vidue ad maxillā descendunt et exclamatio eius super deducenteȝ eas. A maxilla enim ascendūt vsqȝ ad celū: dominus exauditor nō delectabitur in illis. Sed quomodo cognouit Dauid se esse exauditum? Respondeo q certificatus fuit Dauid per x̄bū Gad pphete dicentis sibi. de mandato domini q edificaret altare i area oran hiebusei et sibi sacrificaret. Deus aūt nō pcipit sibi offerri sacrificiū ab hoīe: nisi placat⁹ fit

Q Cōsortia mala. lor. sūt vitāda.

Questio.

q solus es? Et dicit duo.s.iniquitatē z
peccatū. Iniqtas est ꝯria iusticie:z sic
iniquitas fuit inquantum alium lesit p
homicidiū. Peccatū vero est ꝯriū mūdi
tie. z hoc est adulterium quo se poluit.
Uel qz iniqtas plusq̄z peccatū sonat:er
go penitens iste cū orat vt ab iniquita
te lauetur:z a peccato mundet᷑ : tam a
grauiori q̄z a leuiori culpa curationē
postulare videt᷑. Nota tū q in hijs tri
bus versib⁹ quos hucusq̄ exposuim⁹.
quattuor verba ponunt᷑. s. Miserere:
Dele:Laua:Et munda. Miserere ſm
euāgeliū:nō ſm legē que non remittit:
sed iubet lapidare. Miserere inq̄z mei
tue creature:qz nil odisti eor q̄ fecisti.
Dele culpā quā non fecisti. Laua aīam
quā tua imagine signasti. Et mūda cor
pus in quo aīam insignitā tua imagine
posuisti. Consequenter cum dicit.

P Differētia inter iniqtatē z iniusticiā

¶ Quoniam iniquitatē meam
ego cognosco:z peccatum meū
contra me est semper.

¶ Hic p̄mo cōfitet᷑ culpā. Scḋo ipsam
culpam exagerat.ibi [Tibi soli pecca
ui.] Tertio ei⁹ originē demonstrat.ibi
[Ecce enī.] Recognoscit ergo culpā
suā:z dicit. [Quoniam iniqtatem meā ego
cognosco.] Sed aduerte:q ppter tres
causas qdā peccata sua nō cognoscūt.
Primo qz nō aggrauant᷑ ex grauitate
peccati. Prouerbiorum.18. Impius cum
in profundū peccatorum venerit contē
nit. Ps. Comprehenderunt me iniqui
tates me:z non potui vt viderem. Se
cundo quia non recordātur. Ecclesia
quinto. Oblitus est deliciarum suarū.
Tertio ppter adulationes hominum.

¶ Tres cāe propter quas peccata non cognoscūtur

Et ideo cū alij laudant eū de peccato
ipse nō recognoscit. Sed felix z qui pec
catū suum recognoscit sicut David:quī
non dissimulauit:sed cognoscendo puni
uit. Et videbat ad dolendū ne deus vi
deret illud ad puniendū. Nā inter cete
ra necessaria ad detestationē peccati est
humilis recognitio ipsius peccati. Nec
tm̄ cognosco me illud fecisse:sed ipsum
semp ante me est:quasi quedā figurata
imago. Quod quotiens corde respicio
totiens comissum deploro. Etenim illi
soli probant᷑ peccata agnoscere:qui ea
propria execratione videtur damnare.
Ait ergo. Peccatum meum:non alie
nū.quia non intueor alios oblitus mei:
nec affecto stipulā eijcere de oculo fris
mei cū sit trabes in oculo meo. [Corā
me est semper.] quasi dicat. Nō posui
post dorsum meum quod feci:fuit enī
post me qñ ad me missus est propheta
z de oue pauperis similitudinem pro
posuit:semper:adiecit non ad horā vt
quidam faciunt.de quibus Jacobi p̄.
Consideravit se z abijt. Sed littera no
stra hēt: [cōtra me est semp.] Hoc est
vt contrarium z nociuum z detestabi
le.vt accusans:corrodens:z cudens:z
conterens : ac mordens conscientiam.
Debemus itaq̄ peccatum contra nos
z coram nobis habere vt cōfiteamur
Deo. dicentes.

P Peccatū cōtra nos z corā nobis debemus habere

¶ Tibi soli peccaui z malū corā
te feci : vt iustificeris in sermoni
bus tuis z vincas cū iudicaris.

¶ Hic culpam suam exagerat per respe
ctum ad deum:z hoc dupliciter.qz z iu
dicē non timuit z testē non erubuit.cū
tū dn̄s per Hieremiā vigesimo dicat.
Ego ero iudex z testis. Sed nunquid
non peccauit contra vriam:quem occi
dit z contra alios qui occasione mortis
vrie mortui sunt? Peccauit vtiq̄ eos of
fendendo. At tanq̄z iudici z punire po
tenti soli Deo peccauerat. Nam si quis

de populo

de populo errauerit ꝛ deo peccat ꝛ re/
gi: sed qñ rex deliquit soli deo reus est:
qꝛ hominē non hēt: q eius facta dñu/
dicat. Merito ergo rex deo tm̄ se dicit
peccasse: qꝛ solus erat qui eius potuis/
set admissa discutere. Et qꝛ illum vbiqꝫ
esse nouerat. iure coꝛam ipso malū se fe
cisse deploꝛat. Arguens dementiā suā:
qꝛ nō expauit tanto iudice presente pec
care. Sequitur ¶ Ut iustificeris in sermo/
nibus tuis. ¶ Sermōes aūt dñi merito
iustificari dicunt: qm̄ sine dubio semꝑ
eius dicta complentur: sicut ipse dicit
Math. 24. Celū ꝛ terra trāsibunt ver
ba aūt mea non ꝑteribunt. Et ideo pe/
to mihi misereri. vt iustificeris. i. vt iu/
stus ꝛ verax īueniaris ¶ in sermonibus
tuis. ¶ Idest in tuis ꝓmissiōibus. qbus
mihi ꝓmisisti de fructu ventris tui po/
nā sup sedē tuā. Promisisti et veniā pe/
nitenti. Ezechielis. 18. In quacūqꝫ ho/
ra peccatoꝛ ingemuerit oium iniqtatū
eius nō recoꝛdaboꝛ. ¶ Et vincas cū iudi
caris. ¶ Idest. Cū quidā praue itellige/
tes iudicent te nō misereri criminaliter
lapsis cōuince eos ꝛ sniam illoꝛum de/
strue parcēdo mihi criminaliter lapso.
Uel vincas diabolū: cum iudicaris ab
eo dicente nō debere hoi peccata dimit
ti cum multa ꝛ grauia sint. Sed tua mīa
vincat iniquū iudicium eius: q sine car
ne peccauit ꝛ mei miserere. Quoniam.

¶ Ecce enim in iniquitatibus cō
ceptus sum ꝛ in peccatis cōcepit
me mater mea.

S Radix ois culpe ē peccatū oꝛiginale.

¶ Hic ponit radicē culpe. Radix enim
ois culpe actualis: est peccatū oꝛiginale
qđ a parētibus infectis ꝯhitur. Quia
quilibet descēdens ab Adā ꝑ carnalē ge
nerationē: siue ꝑ rōnem seminalem: ꝯhit
ipm petm̄ oꝛiginale in vnione aīe ad coꝛ
pus. A quo pctō nullus eccipit nisi so/
lus ille: quē virgo nō ex humano semi/
ne: sed mistico spiramine cōcepit: ꝛ non
amissa ṽginitate pepit. Quod tm̄ petm̄
ꝛ si sit vnū in essentia. multa est tm̄ in v/
tute. Quia est inclinatiuū ad alia pctā
ꝛ et ꝑbet occasionē ad alia mala vñ ꝛ
multis hoibus nūcupatur vt colligi pōt
in glo. Ro. 4. ꝛ. 5. capi. Licet ergo Da/
uid ex legittimo matrimonio ꝛ de sancto
viro Iesse gñatus fuerit: vt dī Ruth vl/
timo: tm̄ in oꝛiginali est natus. Et qꝫuis
parentes ipsius ꝑ circūcisionem ꝛ lega/
lia fuerint mūdati: tm̄ in eis remāsit fo/
mes: vñ homo gñat filios carnales fm
carnē. Ideo necesse erat: vt filius geni/
tus ex circūcisis circūcideretur sicut mō
natus de baptizato baptizatur. Istius tm̄
versiculi sensus est iste. Quid dicam me
modo fecisse ꝑ que arguoꝛ: qui iā in oꝛi
ginali pctō ꝛ in iniqtatibus ꝓboꝛ esse
cōceptus. vt ante peccata ꝯxerim qꝫ vi
te principia recepissem. Et ꝑ hoc patet qꝫ
petm̄ hoīs magis est remissibile qꝫ pec
catū demonis: qꝛ hō patitur difficultatem
ad bonū ꝛ hꝫ ꝓnitatem ad malū. Neqꝫ
enī nouū est illū peccare: qui in iniqtati
bus est cōceptus ꝛ in delictis est geni/
tus. Uerūtñ nō arbitreris qꝫ dauid. hic
petm̄ in parētes refundat: sicut Adā in
Euā. ꝛ eua in serpētē: sꝫ potius miseriā
suā manifestat ac miserie sue ostēdit cō
tinuationē. Quod peccatū oꝛiginale ꝛ
si nō teneamur confiteri cū sit extra vo/
luntatē nostram. humilitatē nihilomi/
nus ꝓphete attēdere debemus. Quid
enim humilius. Quid simplicius qꝫ de
vno peccato redargui ꝛ simul oia con/
fiteri? Merito ergo isti sic facile vī in/
dulcum: qui post absolutionis donum
multis modis se nititur ostēdere crimi
nosum. Hoc etenim deus valde diligit.
Unde ꝛ subdit.

T Petm̄ homis magis remissibile qꝫ demōis

B Oꝛiginale nō est ꝯfitēdū.

¶ Ecce enim veritatē dilexisti: in/
certa ꝛ occulta sapiētie tue mani/
festasti mihi.

¶ Quasi dicat. Ecce in euidenti est qꝫ
dilexisti veritatem in confitente accu/
sante seipsum. Quia si penitens vere se

accusat: tu vere excusas: et si ipse vere peccatum agnoscit, tu vere ignoscis. Hanc veritatē deus supra sacrificia plus requirit. Nō enim deus delectat penis nostris: sed confessionē querit erroris. Sicut scriptū est Ezechielis. 18. Nolo mortē peccatoris: sz vt magis conuertat: et viuat. Incerta et occulta sapiētie tue inq̄t māifestasti mihi. Incerta sunt: q̄ omnino discerni non pñt: sed aliquibus ambiguitatibus colligunt: vt sunt futura ɔtingētia: q: non habēt determinatā veritatē. Occulta vero sunt: q̄ nec oculus ɔspicit: nec mens humana diiudicat: vt est diuina essentia: et alia capacitatē nr̄am excedētia. Hec duo nō solū sibi reuelata dicit: vt puta sub similitudinibus et imaginibus corporalibus: sed manifesta ꝓfitet. 3. Reg. 23. Deus israel loqut᷒ est mihi. Et infra. Sicut lux aurore mane oriente sole absq̄ nubibus rutilat. Et nota q̄ collata sibi munera pulchra diffinitione cōplectit. Dicendo. n. incerta et occulta sapiētie tue manifestasti mihi: prophetia qd sit ostendit. Omnis hic aliud addit reatui suo. vt cū beneficia numerat culpa accrescat. Confitet etenim pctm̄ ingratitudinis quo et alia reddeūt. Quasi dicat. In culmine ꝓphetali existēs. sciēs fui: et tñ scienter peccaui. ideo mereor vapulare multis: Lu. 12. Seruus sciēs voluntatē dñi sui: et nō faciens vapulabit multis. Nō. n. debebā peccare. cuz talia merui agnoscere. O sancta simplicitas. Quis tm̄ sic defensioni studere potuit. quantū iste in ꝓpria ɔdēnatione laborauit? Alij aūt hic ɔtinuāt et exponūt hūc versiculū. Sic ꝓrogasti misericordiā: vt seruares veritatē. Mia est q̄ hō liberet: veritas est vt hō puniat. Cōfido tñ q̄ mihi pcēs: q: iā incerta: et occulta sapiētie tue (. i. filij tui) manifestasti. [Hoc est.] Prophetico spū reuelasti mihi. vz. incarnationē: passionem: resurrectōez: ascēcionē: et alia plurima.

Incerta et occulta q̄ nō accipiūt.

Excelētia prophetie dauid.

Et incerta dicit ꝓpter iudeos: q̄ hec legebāt: et dubitabāt. Occulta ꝓpter gētes q̄ oino nesciebāt. Et iō certus suz q̄.

Asperges me dñe ysopo et mūdabor: lauabis me: et super niuez dealbabor.

Postq̄z igit in superiori versu cōmemorauit būficiū ꝓphetie sibi prestitū quātū ad gratiā: ex quo cōsurgebat in spē: hic ostēdit qd sperat a deo. Et sunt duo. Scilicet: remotionē malorū q̄ ꝑ pctm̄ icurrerat: et recuparationē bonorū q̄ amiserat. ibi. [Auditui.] Pō. n. ꝑ peccatū icurrit: ꝑ imūdiciā Baruc. 3. Maculata es i iniqtate tua. Scdo icurrit turpitudinē. Trenorū. 4. Denigrata est super carbones facies eorū. Hec itaq̄ duo sperat a se remoueri. vz. imūdicia. q̄ ɔtingit ex h̄ q̄ affect᷒ hois iheret rebus tp̄alibus: qbus silis efficit. Vn̄ si adiungat vilioribus sicut aurū plūbo vilis efficit: Osee. 9. Facti sunt abhominabiles sicut ea q̄ dilexerūt. Sz turpitudo ɔtingit ex eo q̄ inheret reb᷒ terrenis: et sic ī eo offuscat lux rōnis: q: cōparat aialibus brutis. Ps. Hō cū in honore esset nō intellexit: cōparat᷒ est iumētis insipiētibus. et silis fact᷒ est illis. Et iō aia efficit nigra siue obscura. Et iō q̄tū ad pmū dicit. [Asperges] . i. Asperge vel aspergas me. Nā vt als dixim᷒ hebrei carēt optatiuo: et loco eius vtunt futuro idicatiui modi: q̄ et vtunt loco iperatiui modi. vt pz in sequenti vsiculo. Hic propheta alludit ritui veteris testi Nume. 19. Ubi habet q̄ die tertio aspergebat imūdus aq̄ lustratiōis: et die septimo. Lauabat tā ipse q̄z ei᷒ vestimēta: et illa aq̄ fiebat ex cinē vitule ruffe: et aspersio fiebat cuz ysopo. Uitula ruffa figurabat Xp̄m. Aspersio et quā petebat significabat aspersionē sanguinis Xp̄i. de q̄ pme Pe. p. In aspersiōe sanguinis Xp̄i. De ista aspersiōe vltra illā figurā: quā mō assignauim᷒ q̄z plures

Duo peccatum incurrit: inmundiciā et turpitudinem.

Immundus: lex testamento quo mundatur.

alie

alie habent. vt pz Exo. 12. et. 24. ꝛ Leui. 14. Sed q̃re aspersiões cũ ysopo fiebãt? Nõ credo absq̃ misterio h̃ esse factũ. Nã ysop⁹ est herba parua radicibus suis saxoꝝ viscera penetrans. hec ꝛ interi⁹ hoĩuz sauciatis ꝓbat accõmoda: significat sine dubio sacra q̃ nõ solũ inquinamẽta detergũt: sed ẽt sup niuẽ puritatẽ aĩe relucẽtis ostẽdũt. Uel p ysopũ humilẽ pñiaz ĩtellige. Q̃m ipsa virtutes ꝯglutinat: sicut aspersio aq̃ plantas fecũdat. Nã q sine humilitate v̄tutes ꝯgregat q̃si puluerẽ in vẽtũ portat. Aspge ergo me ysopo. i. humili pñia: ꝛ mũdabor. ab imũdicijs venialiũ. [Lauabis me.] Aq̃ lachrimaꝝ. [Et super niuez dealbabor.] Remota nigredine mortaliũ pctõꝝ Eze. 36. Effundã sup vos aquã mũdã: ꝛ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: ꝛ ab vniuersis idolis vestris. Uel sic. Ut per q̃ttuor v̄ba in h̃ v̄siculo posita diuersa notent. Aspges. i. humilitate. Et mundabor p ꝯtritionẽ. Lauabis me p ꝯfessionẽ. Et sup niuẽ dealbor p satisfactionẽ. Esaye. p̃. Si fuerint pctã vestra vt coccinũ q̃si nix dealbabũt. Et si fuerint rubra q̃si vermiculus velut lana alba erũt. Et notãter dicit. [Sup niuẽ dealbabor] i. incõparabiliter albior niue

MB Spũalis dealbatio ꝛ candor aie.

ero. Quia dealbatio spũalis maior ꝛ melior est q̃z corꝑalis. Et candor iustificate aie oẽm candorem superat visibilis creature. vt pz Matth. 17. In transfiguratione Christi cuius vestimẽta facta sunt alba. sicut nix. Oẽs aũt iusti ꝑtinẽt ad vestimenta Christi. Esaye. 40. Oibus hĩs quasi vestimẽto vestieris. Sed q: ex mundatiõe sequitur leticia: sicut post luctũ penitentie gaudiũ glorie. ideo bene subiungit.

¶ Auditui meo dabis gaudiu: ꝛ leticiã: ꝛ exultabũt ossa hũiliata.

¶ Quia enim in supiori v̄siculo petijt remotiõez maloꝝ q̃ ꝑ pctm̃ icurrerat:

hic mõ petit recuperationem bonoꝝ q̃ amiserat. Et sunt duo. Uidelz. Donuz ꝓphetie: ꝛ gaudiũ consciẽtie. Hec duo gaudiũ leticiãq̃ ꝯgeminãt. Per auditũ donũ ꝓphetie intelligit. Quia ꝓpheta nõ videt dei essentiã. vt in ea videat reuelata: sed q̃dã signa veritatis reuelate fiũt in aĩa ꝓphete (vt dicit sanct⁹ Thomas.) Et hec signa hñt se p modũ loquutiõis. primi Reg. 3. Loquere dñe: q: audit seruus tuus. Esa. 21. Que audiui a dño exercituũ domus israel anũciaui vobis. Hic aũt auditus: erat ei interruptus. quem desiderabat recuperare: dicẽs. [Auditui meo dabis gaudiũ] i. Da gaudiũ: restituendo mihi donũ ꝓphetie. O mens ꝓphete post humanos errores eximia. De p̃ãte tacuit. De affectibus minime supplicauit. Solũ spiritũ ꝓphetie sibi restitui petijt quẽ tã ꝑciosum rex habuit. Uel p auditũ bñficiũ absolutiõis (q̃d p os nathã ꝓphete audiuit) intelligit. Et p hoc gaudiuz leticiãq̃ cõcepit. Nã gaudiũ ad absolutionẽ ꝑtinet: leticia v̄o ad ꝑpetua p̃mia possidẽda. Alij dicunt q̃ gaudiuz est ex pte aie in actiõe: leticia in contemplatione. Alijs placet: gaudiũ pertinere ad cor: leticiã ãt ad os. Sanctus v̄o Thomas dicit: Quod gaudiũ spũale cõscientie tres gradus hz. Primus existit in complacentia affectus: ꝛ hec cõplacentia designat per gaudiũ. Secũdus gradus existit in dilatatione cordis. qñ vz affectus quiescit in re amata: ꝛ hoc designat p leticiã. Tertius est in ꝓgressu ad exteriora qñ. s. leticia redundat vsq̃ ad corpus. Et propter hũc tertiũ gradũ subiungit. [Et exultabũt ossa hũiliata.] Per ossa humiliata animi firmamenta. i. virtutes significant. Que necesse erat dio humiliari q̃z diu penitens iste potuisset absolui. Etiã ad litteram. Ossa dauid fuerunt humiliata quia ex penitentia iacuit in terra. vt habetur secundi Reg. 12. Tamen de-

CC David ꝑ peccatum duo amiserat

DD Gaudium spũale tres gradus hz.

ctores communiter p ossa humiliata ex/ponunt virtutes: et dotes anime: que p peccatu fuerat depresse: et per remissio/nem peccati resuscitate. Et quanto ma/gis per penitentiam humiliantur: tanto ma/gis per gratiam sublimantur. Quia sicut habetur quarti Reg. 3. Vasa vacua re/pleuit Heliseus: sic dominus humiles replet gaudio spus sancti. Ut aut hec fiant consequenter petit dicens.

¶ Auerte faciem tuam a peccatis meis: et oes iniqtates meas dele.

¶ Hic petit recuperationem innocentie. Rogans iudicem piu ne peccata respi/ceret: q ipsi quoq boredia videbantur. Petit ergo vt non consideret petm eius. Sed vt auertat faciem .s. iustitie sue a peccatis ipsius qm si dns non auertit extinguit: quia iudicat delicta que re/spicit. [Auerte (dicit) facie tua a pecca/tis meis.] Quasi dicat. Scio q malu coram te feci: et ideo rogo vt. [Auertas facie tua a peccatis meis] .i. no conside/res ea ad puniendu. Auerte dne faciem tua ab imagine diaboli: vt non irasca/ris mihi. Et respice imagine tua vt mi/sereris mei. Scio etia: quia merui pe/nam damnationis: sed rogo dele iniq/tates meas. Nam et si non mutas con/silium potes tamen mutare sententias. Omnes inqt iniquitates meas dele .s. originales: actuales: pteritas: presen/tes: et futuras. O prudentissimu pecca/torem de duobus criminibus vocatus est ad culpam: et pro vniuersis delictis exorat. Dele aut dum dicitur. Dimitte significatur. Quia omne nostrum ad/missum quasi quibusdam tabulis scri/bitur. cui diuina notitia ptinet. Quas iniquitates cum deleueris.

¶ Cor mundu crea in me deus: et spiritum rectum innoua in vi/sceribus meis.

¶ Subtiliter hos versus p verba sin/gula debemus exquirere. vt nobis cui/dentius sensus possit elucere. Deprecca/tus est supra contra mala vt amouerentur. Hic aut orat pro bonis vt denf. Petit aut propheta cor mundum deu creare in se: non aliud poscens quod non ha/bebat: sed qd iam erat in esse nae mun/dus fieri postulabat in esse gratie. Hoc est: in proposito creare ad esse .s. gratie reducere quod amittitur. Ece. 38. Ni/hil factus es. Ps. Ad nihilu redactus sum Hieremie. 5. Audi popule stulte q no habes cor. Et aduerte qn deus ope/ratur operatione gratie in habente gra/tiam: di magnificare eum. Qn vero de peccatore facit iustu: tuc di pprie crea/re. Ephe. 2. Ipsi creatura sumus. crea/ti in Xpo Jesu in opibus bonis. Nam gra iustificas de potentia subiecti non educitur: sz in aia a deo creatur. Dicit g. [Cor mudum crea in me deus.] Quo possim deu vide. Quia sicut di Matth. quinto. Beati mudo corde qm ipsi deum videbut. Ut qle no pot esse p natura: fiat tale p gram. Addit. [Et spum rectum innoua in visceribus meis.] Quasi di/cat. Spum meu inueteraui p peccatum et ad carnalem voluptate incuruaui: sz tu fac esse nouum: et rectum. Ut rectus ad celestia dirigatur: et nouus gratiam tuam recipiat. Matth. 9. Nemo mittit vinu nouu i vtres veteres: sz vinu nouu in vtres nouos mittunt. De rectifica/tione spiritus dicit pater Augu. Spi/ritus rectus est: quo fit vt anima in ve/ritate querenda deuiare atq errare no possit. Hic vtiq spiritus sanctus: post resurrectionem dabitur. Sed penitens iste bonorum auidus: venturi premij amore succensus: quod in futuro eueni/re poterat: hoc sibi concedi presenti te/pore postulabat. [Innoua.] dicit. No exterius: sed in visceribus meis. Ut vbi adulterium erijt ibi remedium cura/tionis sequatur. Uel [Innoua in visce/ribus meis.] Ut .s. et labia sint munda ad loquedum: et cor sit rectu ad cognoscendum

Ec. [?] De' t h no mutat con silium pot eti mutare sen tentias.

scen duz: atqz amandū. Nā recti diligūt te. Ideo aūt auerte faciē tuā a peccatis meis: ⁊ cor mundum in me crea.

¶ Ne proijcias me a facie tua: ⁊ spūm sctūm tuū ne auferas a me.

¶ Hic petit restōnez grē. Et primo petit grām: scdo effectum grē. ibi [Redde.] Qui aūt est in facie alicuius pōt illū videre ⁊ ab eo videri. Sic qui est in grā dei (que per faciē significat) videt deū per contēplationē ⁊ vi a deo visiōe approbationis. Per pctm̄ aūt hō vtrunqz amittit. Nā deū videre non potest: nec deus videt euz visione approbationis. Quia vt dī Esaye. 59. Pctā ⁊ iniqtates diuiserūt inter vos ⁊ deuz vestrū. Et qz dauid ppter pctm̄ adulterij fuit piectus a facie dei ad tps iō petit ne finaliter pijciat. Dic itaqz vult tm̄ se respici: q pctā supius nō debere conspici supplicauit. In hoie. n. sunt duo. vz culpa ⁊ nā. Petit ergo hic vt nō respiciat culpā: sed naturā. Dicit ergo. [Ne pijcias me a facie tua.] Ac si diceret. Ecce dn̄e sto supplex añ faciē tuā. vt inueniā mīam tuā. Quis vnqz dn̄e venit ad te ⁊ confusus abscessit? Quis rogauit faciē tuā ⁊ vacuus abijt? Certe (abundātia pietatis tue) ⁊ merita supplicū excedis ⁊ vota. Ille a facie tua pijcit: qui curari contēnit: sed qd egrotus faciat si medicina se subtrahat? Sciebat. n. ab illius facie sanitatē mentis ⁊ lumē venire sapiētie: ⁊ credebat se inimico tradi. si a vultu dn̄i iudicaretur expelli. Subiungit ⁊ dicit. [Et spūm sctūm tuū ne auferas a me.] In pcedenti vsu cū dixit. [Spiritū rectū innoua.] Gratiaꝝ collationē petijt: hic aūt pseruationē petit: cū dicit [Spiritum sanctū tuū ne auferas a me.] Et tenere: qz nō dicit mō da mihi tanqz nō hret: sed ne auferas posuit: qa talis ac tāta supplicatio nō poterat nisi p spūm sanctū euenire. Qm̄ nemo pōt dicē dn̄e Jesu nisi in spū sctō. Ne ḡ spiritū sanctū tuū auferas a me. vt me orare doceat ⁊ in laboꝛe me adiuuet: faciatqz me i oībus ⁊ lachꝛimis psistere: vt tandē nō pijciar a facie tua: sed inueniā grām tuā ⁊ seruiam tibi oībus diebus vite mee. Peto itaqz spūm sanctū a me nō auferri: sed per presentiam eius.

¶ Redde mihi letitiam salutaris tui: ⁊ spiritu pncipali ɔfirma me.

¶ Hic petit gratie effectuz. Dicēdo tn̄. [Redde mihi letitiam salutaris tui.] Graz se spūs scti sine dubio amisisse cognouerat: quā fragilitas humana non pōt hre cuz peccat. Ipsius aūt grē duo effectus sunt in hoie. vnus respectu superioꝝ: q. s. dat iucūditatē. Nā qui hz grām: hz charitatē: ⁊ qui hz charitatē amat deū ⁊ hz ipsum. Qui autē hz qd amat gaudet. Ergo vbi gratia ibi gaudiū. Hoc gaudium amiserat Dauid ⁊ iō petit sibi restitui cum dicit. [Redde mihi] penitēti qd pp pctā mihi abstulisti: qd (mea culpa.) perdidi. s. letitiam quā pus habui. Letitiā dico nō huius mūdi: sz salutaris tui. i. de tua saluatione. Alia lrā hz: letitiā Jesu. s. saluatoris p quē spero totalē remissionē pctōꝛuz. Abacuch vltio. Exultabo in deo Jesu meo. Eccl. 11. Dulce lumē ⁊ delectabile est oculis videre solē. i. Christū cognoscere. Et vt in me firmet. [Spū pncipali cōfirma me.] Hic petit aliū effectum grē: q est respectu iferioꝝ. s. ɔfirmationez. Cōfirma me dixit: ne iteꝝ peccē: ne a te (aie mutabilitate) discedā: nullis pturbatiōibꝰ a te separi valeā: nullis terroꝛibꝰ a te recedere: nullis cruciatibus infirmari. Nō. n. sufficit sanare nisi firma sit cura. que adhibet. Vñ Josue nō mouit castra circūcisoꝝ donec penitus sanarent. Et nota q in his tribꝰ vsibꝰ ɔtiguis: ponit sex vba: q deo ppꝛie cōueniunt. s. Crea. cū sis creatoꝛ. Innoua cū sis recreatoꝛ. Ne pijcias cū sis attractoꝛ. Ne auferas cū sis largitoꝛ. Redde

Margin notes:
- Duo a peccato amittitur.
- In homine sunt duo.
- Gratie duo effectus in hoie.
- Sex verba que deo proprie conueniunt.

cū sis pmissor. Cōfirma cū sis stabilitor. Ter aūt ponit spiritū.s. rectū: sanctū: & principalē. Et fm glo. quidā accipiunt spiritum dictū essentialiter. Et sic pr est spiritus. & filius est spiritus: & spūs sanctus est spiritus. Sed melius exponit si spiritus accipiat personaliter. Qui ideo ter ponit: qr spiritus sanctus tria facit in hoie. Primo rectitudinē intentionis. Scdo sanctificat nos. Tertio nobilitat: & facit nos principes. Quia et ter datus est discipulis. bis i terra: & semel de celo. Primo ante passionē ad sanandos langores vt habet Luc. 9. Secundo post resurrectionē. qñ dñs insuflauit & dixit accipite spiritū sanctum vt habet Joannis. 20. Tertio in die sancto pentecostes. Actuū. 2. Et hoc significat triplex vnctio in puero. s. cathecismi: baptismi: & cōfirmationis. Uel per spiritū rectum innuit veritas: per spiritum sanctū bonitas: per spiritū principalē vnitas. s. modus: species: & ordo. Uel numerus: pondus: & mensura: que sunt in oi re. vt habet Sapiētie. 11. Uel sic. Spiritus rectus bñ ordinat hoiem ad proximū. Spiritussanctus ordinat ad se. Spiritus principalis ad deū. Uel qr spiritus rectus est cōtra auaritiam. Spiritussanctus cōtra luxuriā. Spiritus principalis contra superbiā. Et ita per gratiā spiritus principalis cōfirmatus. non ero ingratus: sed.

KK Spiritus sanctus tria facit i homine: spiritus sanctus ter est dat⁹.

¶ Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

¶ Hec est scda pars principalis huius psalmi. Nam postq̃ in pria parte implorauit dei miam. in hac parte promittit emendā atq; recōpensationem. Et pmo pmittit qd sit facturus pro deo i psēti. Scdo in futuro. ibi [Benigne.] Circa primū tali ordine pcedit. Quia primo promittit deo quedā sacrificia spūalia. Scdo excusat se ab oblatione carnaliū ibi. [Qm̄ si voluisses.] Duplex aūt sacrificiū spirituale deo pmittit. s. doctrine. per qd instruit proximus: secūdo laudis: per qd laudatur deus. ibi [Libera me.] Dicit itaq;. [Docebo iniqs vias tuas.] O mutatio dextere excelsi. De peccatore fit pdicator. Et q per pniam meruit aureā: nūc querit hre aureolā. Uerū q̃diu sensit se peccatorē. nō promisit doctrinā manifestare. (qr non est speciosa laus in ore pctōris.) sed postq̃ restituit ei deus spiritū principalē. Tales certe decet doctrinā hre & alios docere. Docebo inquit: nō iustos: qr sanis nō est opus medici: sed iniquos: qui doctrina indigēt. Eze. 2. fili hois mitto te ad filios israel & ad gētes apostatrices que recesserunt a me. Fructus aūt huius doctrine: nō est tm̄ speculatio veritatis ad beatā contēplationē: sed intentus finis eius est conuersio pctōrū. Docentur aūt peccatores dupl'r. vz exemplo. Quia dū vni parcit alijs spes dat: Docent & vbo. Nam inter cetera: que spectant ad salutē boium pabulū diuini vbi noscit esse necessarium. Quod quāti meriti sit audi Jacobū. 5. cap. dicentē. Qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue saluabit animam eius a morte & cooperit multitudinē pctōrum. Pollicetur ergo cōpendiū questuosum: & vt qr pepercerat vni: multi per ipm pararent impij aqri. Quod nō electionis causa dic; sed virtute pvidentie pphetatur. Sed qd docebis eos: Uias inquit tuas nō meas adinuentiones. nō vias Platonis aut Aristotelis: nō implicationes sillogismoꝝ. nō dogmata philosophie: nō rethoꝝ ornata vba: nō negotia secularia: nō mundi vanitates: non deniq; vias ducētes ad mortē: sed vias tuas. Docet miam ne desperent: & veritatem vt te timeāt. Ps. Etenim vniuerse vie dñi. mia & veritas. Uel vias tuas. s. precepta tua per que qs ad vitā ingreditur. Ista enim cū pdicauero: impij ad te conuertent. Magna est in hoc vbo diuine

Sacrificiū spūale duplex.

LL Docent pctōres dupl'r.

dulcis mee commendatio & peccantium cõsolatio. Ita enim plenus est deus adipe misericordie, vt nõ solum cõuersis sed et impijs promittat salus. Et nota differentiam inter impium iniquum & peccatorem. Nã impius est qui delinquit in deum: iniquus in proximum: peccator i seipsum. Ut aut possim alios liberius: & ordinate docere.

Differentia inter impium iniquum & peccatorem.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Hic promittit sacrificium laudis ad qd offerendũ est necessaria libertas spiritus. Duo aũt sunt impedimẽta huius libertatis. Unũ est reatus peccati. Aliud est interior defectus. Primo ergo petit remotionẽ primi. Scdo remotionẽ secundi. ibi [Dñe labia.] Petit ergo remotionẽ reatus peccati: qa dauid grauis culpa erat reus: & ppter peccatũ adulterij: & ppter peccatum homicidij tam vrie ethei qȝ aliorum: qui occasione mortis ipsius vrie fuerũt occisi. Et ideo dicit libera me de sanguinibus. Scdõ glosam. Hoc nomẽ sanguis nõ declinat in plurali. Jõ p latinã qdeȝ linguã numerus pluralis vr assumptus: sed qr i grecis exẽplaribus hoc continet translator diuino laudãdus est. Elegit potius aliqd contra artẽ secularium ponere: qȝ a veritate posita discrepare. Et vt dicit pr Aug. Et si minus latine: magis tñ pprie dixit. i. nuẽs multa peccata ex origine carnis peccati trahi. Vñ. 1. cor. 15. dicit. Caro & sanguis regnum dei non possidebũt. Idest petã q de corruptiõe carnis & sanguinis veniũt. Peccata certe carnalia diuino a pdicatore & doctore sunt abijciẽda. Nã si serui Xpi: fiãt serui corporis sui. verbũ dei alligat in eis: & habẽt os mutũ. Propter hoc dicit Apostolus prime. cor. 9. Castigo corpus meũ: & in seruitutẽ redigo ne forte cum alijs predicauero ipse reprobus efficiar. Dicit ergo. [Libera me de sanguibus deus.]

Duo impedimẽta libertatis spiritus.

Peccata carnalia a doctore abijciẽda.

q oia gubernas & moderas: qui solus potes me liberare. in cuius manu est ois spiritus vite. Deus auctor salutis mee quã operatus es in medio terre. Deus dator saluationis future. Deus q per prophetã Esayã. 40. cap. dixisti. Ego sum q deleo iniquitates tuas pp me. [Libera me de sanguinibus. Et exultabit lingua.] i. cũ delectatiõe & cũ iteriori gaudio cordis narabo iustitiã tuã: qua iustificas impiũ: suscipis cõfitentẽ: & penitẽti dimittis peccatũ eo q pmisisti. Sed illud vr afferre nõ nullis aliquã qõnẽ. Quare post absolutiones delicti dixerit. exultabit lingua mea iustitiã tuaȝ. & nõ magis quod aptũ erat posuit laudabo pietatẽ tuã: Pietati enim gratias agere decz: q peccatus est misericorditer absolui. Sed si causam pfunda ratione cõsideres: & iustitie diuine fuit. vt audiret ad se clamãtẽ: parceret supplicanti: & susciperet cõfitenteȝ. Siue qr due res iste in iudicio dñi semp adiũcte sunt: sicut in cẽtesimo psalmo dr. Miam & iudiciũ cantabo tibi dñe. Nec tñ hoc e possum sine te. Sed tu.

Questio.

Domine labia mea aperies & os meum anunciabit laudẽ tuaȝ.

Hic petit remotionẽ scdi ipedimẽti. s. iterioris defectus. Cõtingit aũt h ipedimẽtũ aliqñ pp culpã auditorum. Esaye. 6. Ue mihi qr tacui: qa vir pollutus labijs ego suȝ & i medio populi polluta labia hñs ego habito. Eze. 3. Linguã tuã adherere faciã palato tuo & eris mutus. Et infra. qr domus exasperãs ẽ. Aliqñ vero ptingit hoc ipedimẽtũ pp petm pprium. Labia enim pphete clausa fuerunt conditione peccati pprij: Nã in reatu positis ora dãnata sunt. Ps. Dis inigtas oppilabit os suũ qr tñ solus dñe deus linguas infantiũ facit disertas: vt dr sapientie. 11. Ideo dicit. Dñe remoue ipedimẽta a labijs meis. q p petm incurri. & tu labia mea aperies. Eph. vltimo. Ut det mihi sermo in apertione oris mei

R R cū fiducia notū facere misteriū euange
Dubiū lij. Sed q̄ño petit labia sua aperiri: qui iam tot dixerat? Nonne aperta fuerant cū dixit. Miserere mei de⁹? Utiq3 aperta fuerant: sed nō p se ad veniā3. s. impetrādā. Nunc aūt petit aperiri labia sua p alijs docendis. Quod pmiserat cum dixit. [Docebo iniq̄s vias tuas.] Ille aūt alios docere presumit. nisi clauis illa Dauid os eius aperiat: q̄ua aperiente nemo claudit ⁊ claudente nemo aperit. Exo. 4. Quis fecit os hoīs aut q̄s fabricatus est mutū ⁊ surdū. videntē ⁊ cecū. pge ergo ⁊ ero ī ore tuo: docebo q3 te q̄d loquaris. si autē aperueris os meū annunciabit laudē tuā. Aug. Laudē tuā: q3 creatus su3. Laudē tuā: quia vt cōfiterer iā monitus su3. Laudē tuā: q3 peccans non derelictus su3. Laude3 tuā: q3 vt securus esse3 mundatus sum. Has laudes tibi offeram. quā non vis amodo sacrificium pecudum.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiq3 holocaustis non delectaberis.

Hic excusat se ab oblatiōe carnaliū. Et primo ostendit quod sacrificiū non est deo acceptū. Scdo ostēdit quale sacrificiū apd deū sit acceptū. ibi [sacrificium deo.] Dicit ergo. Doctrinā ⁊ laudē repromissi tibi: hec enī3 honorificāt te: sed sacrificiū legale: q3 carnale ē. nō obtuli q̄m nō est tibi acceptū. Eo enim tpe Dauid erat q̄n sacrificia victimarū ⁊ animaliū deo offerebant. Que sacrificia prenunciantia veri sacrificij erant (quo deus placatur.) Holocausta vero fm se non erāt deo accepta: si. n. libenter dn̄s holocausta assumeret. facile rex poterat sacrificia pecudu3 offerre. q̄ adhuc illo tpe p peccatorū expiationib⁹
SS ipēdebant. Uacillat vtiq3 mēs nrā hoc
Dubiū in loco. Na3 si sacrificia non approbat deus. quare in lege Moysi mandauit illa fieri? Triplex tā respōsio pōt dari. Primo q̄m deus non mandauit pp se illa fieri: sed q3 erant figura veri sacrificij (quo Xp̄s se obtulit deo p̄ri p peccatis nr̄is.) Un̄ illa sacrificia nō erāt bona ex se nec erāt recōciliatiua cū essent parui pretij ex aīalib⁹ brutis: si quā tñ bonitatē hēbāt: ex sacrificio figurato habebāt. ⁊ ex deuotiōe offerētis. Scdo dī q̄ deus in lege mandauit sacrificia pp rudes: q deū nō nouerant: ⁊ iō oportebat q̄ in rebus honorarēt ⁊ cognoscerent deū ⁊ ne sacrificia idolis immolarent ad qd multū erāt pni. Tertio dī. q̄ deus mandauit sacrificia fieri vt sint signa interioris sacrificij inquantū hō aīam suā3 offert deo. De isto sacrificio Apl̄s ad Ro. 12. ait. Obsecro vos per miam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētē: sanctā ⁊ deo placentem. Hoc sacrificiū offerrendū est ad placandū deū. Quia si hō peccat nō est puniēdus hō: sz nō pecudes: nō hirci: nō q̄libet aīalia: q3 non vult deus p peccato tuo holocausta ī q̄bus crematur caro aliena. Nunq̄d sanguine hircoꝝ aut vitulorū3 placari poterit deus? An forte aur q̄rit q celū terrāq3 possidet? Non eq̄dē. sed.

Sacrificiū deo spiritus contribulatus cor contritū ⁊ humiliatū deus non despicies.

Postq3 dixit: que sacrificia deus respuit: nunc dicit. illa que poscit. Istud enī3 sacrificium damus deo spūm ꝯtribulatū. vn̄ nō sanguis egredit: s3 lacrimaꝝ fluenta decurrunt. Nā spūs nr̄ q̄n est lenis: inordinate nos obligat: q̄n est fm deū ꝯtribulatus absoluit. Sacrificiū ergo p peccatis deo placens ⁊ gratū: est spūs ꝯtribulatus: nō caro ꝯtribulata. Nā caro ꝯtribulat: q3 terrena que optat nō h3. spūs xo ꝯtristat de culpa. eo q̄ sit ꝯ deu3 quē amat. Dolet se suū creatorē ⁊ redēptorē offēdisse. Dolet se tā bonū ⁊ dulcē p̄re3 contēpsisse. Hic ḡ spiritus cōtribulatus sacrificiū est dn̄o

odoris

odoris suauissimi ex aromatibus amarissimis. i. ex memoria pctõrum confesctũ. Dum.n.pctã in mortariolo cordis colligunt̃ ꝛ pistello cõpunctionis contundunt̃ in puluereḿq redigunt̃. atq aquis lachrimarũ binnectant̃ inde fit vnguentũ ꝛ sacrificiũ suauissimũ dño. Et isto sacrificio pctã soluunt̃: quia cor cõtritũ prius per cõpunctionẽ ꝛ deinde humiliatũ per cõfessionẽ: non elatũ per pcti excusationẽ. O deus nõ despicies. Imo gratanter ꝛ respicis ꝛ aspicies. Et hoc qd̃ dixit. [Nõ despicies.] Sancte pmissionis auctoritas est minusq dicit q̃ significat. Ergo ptribulatio in satisfactione: opis cõtritio in dolore: cordis humiliatio in ɔfessione oris: faciũt gratũ deo sacrificiũ. Nota q̃ i hoc v̾su tria ponunt̃. s. spiritus ptribulatus: cor cõtritũ ꝛ humiliatũ. Quũ hec tria opponunt̃ hijs que aiam hoĩs deducunt in pctm̃. vz. Inani gaudio: obduratioui. ꝛ supbie. Nã inani gaudio opponit̃ tristitia: obdurationi cõtritio. superbie v̾o humilitas. Iterũ intuere q̃ de corde ꝛ spiritu mentionẽ facit. q: spiritus ptinet ad aiositatẽ. ꝛ sic ptinet ad potentiã irascibilẽ. Cor ptinet ad concupiscibilẽ. Et sic dat̃ per hoc itelligi q̃ quicqd est in vi appetitiua oz deo offerri in sacrificiũ. Quod sacrificiũ vt tibi fiat.

Benigne fac in bona volunta te tua syon vt edificẽtur muri hierusalem.

Hic calamitatuz anxietate depositat memor pmissionis diuine. letus petit fieri qd̃ dñs dignatus fuerat polliceri. Nã deus ante pmiserat Dauid. tẽplũ edificandũ per filiũ suũ nasciturũ. vt hr̃ 2. Reg. 7. Quod impletum nõ fuisset si Dauid pp pctm̃ cõmissum in viã mortuus fuisset fm rigorez iustitie. Huius itaq rei memor Dauid existẽs supplicat ꝛ dicit. [Benigne fac in bona volũtate tua syon.] Hoc quod dicit. [Benigne.] Potest esse ꝛ nomẽ ꝛ aduerbiũ: si est nomẽ sic exponitur. O benigne dñe fac vt edificent̃ ꝛc. si est aduerbiũ: tunc est sensus. Benigne. i. magis. pcede fm dulcorẽ uĩe q̃ fm rigorẽ iustitie ꝛ satis reddit in idẽ. Benignus.n. est dñs ꝛ ideo et benigne facit. Jone. 4. Scio q̃ tu es clemẽs ꝛ misericors. patiẽs ꝛ multe miserationis ꝛ ignoscẽs sup malicia. Clemẽs in creãdo: misericors in recreãdo: patiẽs in expectãdo: multe miserationis in cõsolando: ignoscẽs in pseruãdo. Nota tñ q̃ oculus Dauid ferebat̃ ad duo. vnũ ppinquũ qd̃ erat singulare. Aliud remotũ qd̃ erat figuratũ. Primũ q: legit̃ q̃ Dauid edificauit muros ciuitatis hierusalẽ: sed nõ psumauerat ꝛ hijs cõsumatis edificandũ erat templũ. Et q̃tum ad hoc dicit. [Fac in bona voluntate tua: vt edificent̃ muri hierusalẽ.] Et tunc edificatis muris edificabit̃ templũ ꝛ tũc acceptabis sacrificiũ ꝛc. Hoc aũt totũ erat figurale. Sz si referramus oculuz ipsius Dauid ad id qd̃ erat remotũ ꝛ figurale: tũc dicendũ est: q̃ duplex est hierusalẽ. s. celestis de qua ad Gal. 4. ait aplš. Illa q̃ sursuz ẽ hierusalez libera est: q̃ est mr̃ nr̃a. Alia est pñs ecclia exẽplata ab illa Apo. 21. Uidi ciuitatẽ sanctã hierusalem ꝛc. Et vtraq hz muros. Muri celestis hierusalẽ sunt munimẽta eternitatis ꝛ imortalitatis. s. cognitio. pax. ꝛ charitas: q̃ nunq̃ excidit. Que munimẽta psecuti sunt sctĩ p xp̃m. Muri v̾o pñtis hierusalez. s. ecclie sunt: fides: spes: charitas: vel sacra gr̃e ꝛ doctores. Ex hijs pstruitur ciuitas illa oĩum p̃rona terrarũ. Ciuitas magni regis. q̃ celestis p̃rie imaginẽ portat ꝛ nomen. Quis eã audeat localẽ dicere: q̃ totius orbis terminos (sanctissima fide) pbat̃ iplesse? Ad hoc ergo q̃ edificent̃ muri huius ciuitatis. [Benigne fac.] Largam benedictionẽ impende. [In bona voluntate tua.] Idest ex gratuita gratia tua nõ ex me

Oculus Dauid ferebat̃ ad duo

Hierusalez duplex.

Muri hierusalem.

rida suis. Syon. i. ecclesie tue militan ti: que est in speculatione supernorum. [Ut edificentur muri hierusalem] ex vivis lapidibus construaturque vterque paries ipsius ex populo iudaico et gentili in fide spe et charitate. Edificata sic ecclesia quid erit?

¶ Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

¶ Iste versiculus tripliciter exponitur. Et duo primi modi pertinent ad ecclesiam presentem sive militantem. Tertius modus pertinet ad ecclesiam celestem sive triumphantem. Primo modo sic exponitur. Tunc. s. in edificatione murorum hierusalem acceptabis sacrificium iustitie. i. filii tui gloriosam passionem: qui se sacrificium pro omnibus obtulit. ut salutem mundus (quam suis operibus non merebatur) acciperet. Pulcherrime autem diffinitum est quid sit domini passio venerenda. i. sacrificium iustitie. Sequitur [Oblationes et holocausta.] Istud iam ad fideles pertinet christianos: qui erant post adventum domini credituri: significans immolanda corda hominum viventium. non membra pecudum mortuorum. Illa. n. ignis consumptibilis absumebat: ista incendium vitale discutiat. Illa redigebantur in favillas: ista temporaliter animas tribulationibus exurendo ad ameni paradisi gaudia eterna perducunt. Sequitur. [Tunc imponent super altare tuum vitulos.] Vitulos quidem posuit autem pro innocentibus adultis quorum etas pura est: et a iugo peccati cervix probatur aliena. Sive illos predicatores euangelii promittit quorum imaginem in vituli figura Lucas euangelista suscipit: qui non mugitibus aera verberarent: sed orbem terrarum domini fidei predicatione complerent: sive illos vitulos magis debemus advertere: qui animas suas in hostiam suavitatis spiritualibus altaribus obtulerunt. Quare. sive de adolescentibus: sive de predicatoribus: sive de martyribus sentiatur: tales tamen propheta vitulos altaribus domini potuit promittere: quos christiane religioni noverat convenire. Alio modo exponitur vt referatur quantum ad opera iustorum. Et sic est sensus. [Acceptabis sacrificium iustitie.] Idest acceptabis iustitiam sicut sacrificium. Heb. vlt. Beneficientie et communionis nolite obliuisci: talibus. n. hostiis promeretur deus. Et tunc acceptabis oblationes vite active: et holocausta vite contemplative. Nam secundum Gregorium holocaustum est quod totum incendebatur: et signat perfectos viros sive contemplativos: qui totaliter dant se deo. Oblationes vero sunt illi qui aliquid offerunt et aliquid reservant. Et tunc sacerdotes imponent super altare tuum. Idest super fidem Christi vitulos. i. conversos de novo. Vel tunc prelati maiores imponent vitulos. i. predicatores mugientes doctrina fidei. super altare. i. super confessione. Tertia expositio est. de celesti hierusalem. Et est sensus. Tunc. s. quando edificabuntur muri celestis hierusalem: qui destructi fuerunt (ruina angelorum) acceptabis sacrificium iustitie. hoc est laudis. de quo Ps. Beati qui habitant in domo tua in secula seculorum laudabunt te. Et tunc oblationes. s. sanctos minores: et holocausta. i. sanctos maiores acceptabis. Hoc angeli offerent quibus dicitur Math. 13. Triticum autem congregate in horreum meum. Et isti angeli imponent vitulos. i. sanctos super altare tuum in gloriam celestem. Apoc. 8. Data sunt ei incensa multa vt adolerent de orationibus sanctorum super altare aureum. Tunc exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis ad quorum societates perducat nos ille qui semetipsum obtulit deo patri pro peccatis nostris sacrificium in odorem suavitatis. Amen.

Quid sit holocaustum et quid oblatio. 33

Oratio in fine psalmi dicenda.

Prostus miserationis ineffabile nomen deus: qui humani pectoris antrum emundas vitiis: super candorem efficis niuis. innova quesumus in visceribus nostris spiritum sanctum tuum: quo laudem tuam annunciare possimus vt recto principalique spiritu confirmati. mereamur eternis sedibus in hierusalem celesti componi. Per dominum.

Titulus quinti psalmi.

¶ Oratio pauperis cũ anxiaretur: et coram domino effudit precem suam.

Domine exaudi orationẽ meam etc. Ex hoc titulo nõ apparet aliqs auctor determinatus: et dicũt hebrei q in peculari est incognitus. Tñ fm sanctũ Augustinũ. Dauid fecit hunc psalmũ: et oẽs centũ quinquaginta. Nec añ aduẽtũ messie hoc hebrei negarũt. Quoniaz et Joseph⁹ et Jonathã abenbuziel sem pafirmarũt dauid oẽs psalmos cõdidisse: sed postq̃ origenes cepit glosare scripturas veteris testi per sensus propheticos: et morales: et anagogicos: et pbauit q oia gesta abrae: et iacob: et moysi fuerũt figura Christi: et pbauit q ipse Dauid pro maiori parte fuit figura Christi: et ecclesie: et quicqd dixit in psalmis. dixit prophetice: et oz intelligi de Christo: et ecclesia. Tũc rabini hebreorum conati sunt puertere scripturas: et pequiare a sensu spũali. Et negauerũt dauid fecisse oẽs psalmos. Et vsq; ad pñs inter eos. s. hebreos est discordia. Quidã. n. tenẽt cũ antiqs affirmantes dauid oẽs psalmos composuisse. Alij xo dicũt q dauid fecit tantũ psalmos illos: q ipsi dauid intitulant: alios xo psalmos fecerũt hij: q in titulis ipsorũ psalmorum pponunt: vt sunt: filij chore: et asaph: et idithũ. Cuius opiniõis fautor fuit rabi barrabã hebre⁹ magister beati Hieronymi. Et hãc opinionẽ secutus est ipse beatus Hieronymus: in magno prologo libri psalmorum. Postea etiã venit rabi salomon gallicus malitia inueteratus: q assignauit decẽ auctores psalmorum. Scilicet. Melchisedech. Abraam: Moysen. Tres filios chore: Dauid: Salomonẽ: Asaph. Et idithũ. Sed iste manifeste mẽtit dicẽs q melchisedech siue eleazar fecit psalmũ centesimũ nonũ: cũ sit intitulatus ipsi dauid: et saluator affirmet Matth. 22. Dauid fecisse illũ cum dixit iudeis. Quõ dauid in spiritu vocat eũ dñm dicẽs. Dixit dñs dño meo etc. Ideo nõ debemus aliquã fidẽ adhibere hijs cecis: et obstinatis. Sed q2 hebrei: et catholici tenẽtes hanc opinionẽ nullã auctoritatem sacre scripture adducũt: ad astruẽdam suã opinionẽ: ideo magis credendum est beato Augustino. q hanc materiã subtilius indagauit in libro. 17. de ciuitate dei cap. 14. Et p totũ discursum expositionis totius psalterij p auctoritates sacre scripture asserit dauid fecisse oẽs centum quinquaginta psalmos. Hoc idẽ affirmãt: Origenes: Hilarius Basilius. Et Ambrosius. Ipsuz et beatũ patrez Augustinũ. Sequitur. Cassiodorus Diuus Thomas de aquino: Ludolfus carthusiensis. Jacobus de valentia eps christopolitan⁹: et cõis ritus ecclesie. Licet nicolaus de lyra videat cõtrariũ sentire. Nã in expositiõe pñti psalmi. postq̃ recitauit diui Augustini opinionẽ: subiunxit. Tñ Hieronymus q diligẽtius studuit circa textũ sacre scripture propter quod est magis assentiendum sibi dicit cõtriũ. Hec nicolaus. Ex cuius verbis clare cõstat q ipse et3 non oẽs psalmos cõpositos fuisse a sancto dauid. Quõ etiaz arbitratur: et diuũ Hieronymuz tenuisse. Sed salua sua reuerentia totũ est oppositum. Nec ipse q fuit de vltimis expositoribus sacre scripture debuit a cõmuni discrepare opiniõe. Et ad id quo munit suã opinionẽ: q2 Hieronymus vir tante auctoritatis: et expertus in lege: et prophetis itidẽ sensit. Rñdeo q diuus Hieronymus in priori scđo plogo psalmorum locutus est fm opinionẽ sui magistri barrabã: et aliorũ thalmudistarum sui tpis. qui malitia infecti nouiter confinxerũt istam opinionem. Sed postea beatus Hieronymus magis illustrat⁹ cognoscẽs pfidiã illorum asserit omnes psalmos dauid fecisse. Nã in multis tractatib⁹ atq; eplis suis allegat et auribus

Marginal note: Dauid fecit oẽs centũ quinquaginta psalmos.

